





VII
LILII. ACHARI
ORBIS
REVIARIU
170
INCUNABULI
M
6
5
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze
S. L.
ET A.









M 6 5

ZACHARIAE LILII VICETINI ORBIS BREVIARIVM, FIDE COMPENDIO ORDINEQ. CAPTV, AC MEMORATV FACILLIMVM, FELIX ET gratus legito.

Donatus Zerbus, ioanni petro
Pheretrio Rhauenn, Gaudere.

Europam atq; Asiam, Libyam, tum flumina montes
Oceanus uarios ut dirimat populos,
Insula quos portus, fontes quasdeniq; syluas
Quas urbes habeat terra, uel imperia,
Omnia Zachariam doctis pinxisse pagellis,
Cernis, Apellea sic uenus in Tabula,
Perlege, Suspicias, Lili mirare libellos,
Carpe rosas Pheretri, Lilia cum uiolis





ZACHARIAE LILII VICETINI CANONICI REGVLARIS IN OPVSCVLVM DE SITV ORBIS PRAEFATIO AD MATHAEVM BOSSVM VERONENSEM.



T si complures excellenti ingenio uiri. Obseruandissime pater orbis situm miro studio, ac diligentia perscripsere, qualis Pomponius mella. Strabo gnosius. Claudi⁹ Ptolemæus, Plinius Secundus, auctores præstantissimi, nullus tamen eorum hunc ordinem secutus est. Quamobrem operæpretium existimaui totius orbis prouincias, regiones, insulas, ac peninsulas, quascunq; a græcis, latinisq; scriptoribus colligere potui, alphabeti ordine hoc libro inserere, additis quæ in natura regionum incolarumq; memoranda sũt. Sic enim facilior quærentibus labor erit, & ipse ordo ac rerum contemplatio omnibus plane iocundior. Hunc autem ego librum mei superioris ocii & temporis studium Matthæe tibi dicaui, a quo erectum adiutumq; me profiteor ad eam que est in deo uitam gloriosam & immortalem. Quod ad grati imprimis animi signum, deniq; ut nostræ lucubrationes per te cẽsorem eruditum, & amicissimum ponderentur, effeci, quibus inuigilasse præclare actum esse arbitrabor, si sapientissimo iudicio tuo comprobari ĩtellexero. insulas autem esse cõplures, quas non commemoraui, haud inficias eo, sed omissis quæ nec cognoscendi uoluntate iocundæ, nec necessariæ uisæ sunt, eas solum describere curaui, quæ aspici cognosciq; dignissimæ, & a probatis scriptoribus celebratæ essent. Cuius rei auctoritas penes illos est, quos secuti sumus. Quid.n.

noui afferre possumus quod proprium nostrum esse possit, cum nihil maiores nostri omiserint, quod intactum ad hoc usq; tempus permaneret, Si quid autem minus emẽdate positum est, difficultatem affert auctorum diuersitas Verum haud ullo in genere uenia iustior est (ut ĩquit Plinius) nec mirum uideri debet hominem genitum, nõ omnia humana nouisse, & Ptolemæns lib. secundo. Quæ autem loca minus peragrata fuerunt propter raram incertamq; eorum cognitionem non ita emendate scribi putandum est. Sed iam accipe librum ipsum obseruande pater, quem si non ea facundia aut orationis dignitate excultum inuenies, quæ tua foret sapientia digna, quia tenuis in nobis dicendi riuus est, ipsũ tamen pro singulari humanitate tua hilari quæso fronte suscipias, putesq; satis eruditum, & magnũ quod ab animo maximo ac certe tibi deditissimo proficiscitur.

MATTHAEVS BOSSVS VERONENSIS CANONICVS REGVLARIS. ZACHARIAE LILIO DVLCISS. FRATRI ET CONCANONICO. PL. IN CHRISTO AETERNAMQ. SAL.



ACIS Profecto me maximi Zacharia cõfrater in Christo, quem orbe terrarum toto dõasti, plurima a te cura singulariq; eloquentia breue in epitoma coacto, & sub alphabeti litteris commode fideliterq; partito, ut nullus sit labor in exquirendo situm orbis terræ, & eius partis quascũq; malueris. Munus tam nobile nõ me modo uiro quidem perexiguo

dignum censuerim, sed his regibus sane atq; principibus uel dignissimum, qui mundum ipsum summa quadam potestate gubernant, atq; tuentur. Sanctum ego tamen & amicũ tuum erga me animum lætus inspicio, & in hoc mihi, & religiosis cæteris nostris, laboris industriæq; tuæ, fructum (& q dem uberrimum) suscepturis, uehementer adgratulor, magna namq; ex parte prisca locorum omnium aut ignota ætati nostræ, aut corrupta, aut immutata sunt nomina, quod effecit uel cupiditas gloriæ horum sæpe qui uoluerunt ex se ea nominari, uel incolarum inconstantissima leuitas, uel uaria regnis & populis hostiliter dominata barbaries. Sunt multi præterea, qui ornati etiam reliquis bonarum artium studiis, historiam tamen ignorant partim ꝙ ipsi nequiuerint adnixi etiam, assequi plura, partim ꝙ nullum tantum tempus uita illis suppeditare ualuerit, partim ꝙ ignauiæ permulti dediti tam multa non curant. inde fit cum legimus siue gentilium siue nostrorum sanctissimorum hominum gesta, & ubi signis atq; uirtutibus claruerunt, hæreamus persæpe, ambigamus, titubemus, oras, maria, gentes, & populos de quibus legimus, ignorantes. Verum unum hoc commodum tu Zacharia nobis præstitisti, ut sine Ptolemæo Strabone. Herodoto, Plinio, Mela, & Cosmographis huiusmodi cæteris orbis sectiones, climata, oras, prouincias, insulas, peninsulas, maria, montes & quicquid rerum hominnm ue in his extitit aliquando memorabile, atq; magnificum, paruo, & exquisito, quisq; compendio possit agnoscere. Quare pro munere isto ipso pulcherrimo tuo, hoc ego uicissim, cũ mai⁹ aliud paru⁹ ipse non possum tibi rependere, statui studiose curare, ut ab uno eo archetypo, quod docta tua manu exarasti, meq; donasti, impressorum officio plurima ad posteros se turba spar

gat, atq; diffundat. Quod facturus equidem sum cum grati animi uinculo, tum potiore isto consilio, ut te uendicē prorsus ab omni cogitatione, uel cura præteritæ uitæ sacræ religionis & christi militiæ tyrocinium nobiscum meditantem. In quo alioquin nemo proficiet, nisi a tenellis rudimentis uitæ sanctissimæ, cui regenerat nouus homo, si uere emoritur sæculo se a pristinis curis rebusq; gerendis prorsus eximat, donec formetur ad christum cōcrescatq; neruosior. Quod cū incenso studio animiq; constantia contenderis, equidē spero ut qui terrena inferioraq; demēsus ingenio ante fuisti nūc quoq; ad superna illa quæ omnem exuperant sensum atq; ingenium diuina te purgante collustranteq; gratia sustolare Quod sane ut Xp̄o auxiliāte asseq possis stude, enitere, labora, desuda īdefesse ad sanguinē usq; mi Zacharia. Id ego ēt tibi fraterna charitate semper orabo. Vale, & feliciter perge.

PETRVS CHALcedonius uenetus. M. ANTONIO SABELLICO Aetatis Nostræ Decori FELICITATEM.



Vicquid præcipias, esto breuis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.
Horatianum hoc præceptum tanq̃ oraculum obseruare sum semper SABELLICE facundissime solitus: quando quidem admonemur in omnibus quæ sunt a nobis agenda breuitati consulere debere: quod sane præceptum si ante oculos ii haberent qui nostra hac tempestate in re literaria sibi florere uidentur: non commiterent: ut authores, quos licentius q̃ par sit magna cura a se explanandos pollicentur: inani uerborum multitudine obscurarent. Sed horum glosématariorũ qui doctrinæ nomĩe se plurimũ gloriantur diligentiam quã suis operibus adhibent, non possum non ualde mirari: ut quom in aliquem abstrusiorẽ sensum incidunt: eum suspensis gradibus, ne usq̃ offendãt prætereunt: ceu Oedipo coniectore: aut Delio natatore indigeat ac quom forte mendosum locum offendunt: eum non percipiẽtes, uirgula Aristarchi: & Dictatoria censura: rectã scriptionem expungũt: ac falsam nulla freti authoritate supponunt: Verum ut manifestius industria horum nimiæ licentiæ Grãmatistarum: qui de literis falsam induere persuasionem elucescat: quam in enucleandis authorum scriptis impendunt: se aliquid pulchri fecisse suspicantur: si primi uocabulum aliquod obsoletum in medium protulerint: grãdiaq; procœmia suis portentis (sic.n. eorum commentationes sunt nuncupandæ) prætexere non uerentur, ex quibus quã-

ti sint eloquentia præditi omnes cognoscere possint: Tum uero magis ingenio suo applaudentes: affirmare audent: latinas literas eorum opera subleuari & erigi: Renturq; neminem in uirum eloquentem euadere posse: nisi qui Lucii Appulei: Martiani felicis, quem tanq; capram indigitare soleo (ei⁹.n.gentiles a Carthaginensibus capellæ nominabatur) & aliorum similium uestigiis insisterit: ac eo est uentum, ut ille ab iis bonarum literarum sicariis (non alio nomine profecto sunt appellandi) doctus habeatur q in Appuleiana lectione sit diutius uersatus: sed hæc in præsentia missa faciamus: longum porro esset sigillatim percensere, in quibus sunt infantissime & ridicule lapsi a plurimisq; accusarer me aliis redarguendi materiam oem præripere: Disperam SABELLICE doctissime ni dum eos icesso eorum me uicem pudet: adeo pueriliter & inepte oia dicuntur: Hæc igitur & multa alia quæ consulto omittimus sunt in causa ut lectores uariæ lectionis auidi nugamentaq; eorum sequentes nihil proficiant. Quaobrem ex oi scriptorum numero q rem latinam iuuerunt (prisca sæcula excipio) nemo (dico quod sentio & quod mecum sentiunt oes docti) maiore comendatione est dignus: q meus SABELLICVS. huius certe lectio: ut uidere est: lectoribus minime est fastidio: oesq; eum amant: colunt Et Tanq latialis linguæ instauratorem ueneran tur: Nec immerito, solus e.n. SABELLICVS q bonas artis iam obsolere icipientes: & scribendo: & legendo indies locupletiores reddit: Cæterum ne aliorum consilia qui SABELLICI doctrinam latius commendare appetunt præuertere uidear: eum hic laudandi calcem imponam, hac coditione ut hæc quæ de Lilio huiusce codicilli authore sum breui dicturus: ea animi benignitate q cætera solet: audiat.


FVIT ZACHARIAE cognomen Lilius. In eaq; Aurelii

Augustini familia, quam uulgus lateranensem regularium canonicorum obseruationem uocat, multorum annorum spatio castissime uixit, Quantumq; ex eius scriptis colligere potui, extitit in iis quæ ad Geographiæ & Cosmographiæ rationem pertinent impense doctus, Dumq; in humanis egit, te tanq̃ typum præ oculis habere omnibus neruis est conatus, inter alia præterea sui ingenii monumenta, opusculum hoc quod tibi nuncupamus reliquit, in quo lucubrando q̃tum sit laudis adeptus, nemo est humanarum rerum tam negligens, qui illud non facile diiudicet, quippe qui alphabetica serie omnium regionum, prouinciarum, peninsularum & insularum compendiosam inseruit nomenclaturam, quæ omnia Claudius Ptolomæus, Amasinus Strabo, Pomponius Mela, Iulius Solinus, & Qui naturalem scripsit historiam C. Plinius, ut ipse est ab initio præfatus, non paruo lectorũ temporis dispendio magnis sunt uoluminibus complexi. Is autem exactis mensibus quom uicentiæ essem ut illud uenetiis formis excudendum curarem mihi amice tradidit. Sed audi SABELLICE eloquentissime infortunium Illinc uenetias uenturus discedo, paucorumq; dierum intercapedine eum naturæ concessisse rumor increbuit, uigiliolarumq; suarum publicationem, quam uehementer desyderabat, uidere nequaq̃ potuit. Qua de re ne eius manes expectatione quam de me conceperant frustrer eas in enchiridii formã redigi iussi forliuiensibusq; nostris inter mancipes impressoriis solertissimis, ut suis speciosissimis typis eas informarẽt dedi, informatasq; in publicum proferent, in apertum itaq; SABELLICI eruditissimi auspitiis exibunt, ac ab omnibus hilari uultu admittentur, quia utiq; in illius Clientelam nec non patrocinium suscepta erũt. Nec ignoro mendas q̃s


dam, librariorum incuria, contractas, in hac editione posse deprehendi uerum leues quod nostre ignauiæ ascribendum minime est, quom illis integrum & emēdatum exemplar ob tulerim nec etiam qua ratione alienam iustitiam præstare debeam uideo. Postremo illud etiam atq; etiam petimus & oramus, ut quom a ueneta historia texenda fueris aliquid ocii nactus, hæc quæ ab homine tui studiosissimo sunt profecta cognoscere non dedigneris, quod si feceris, erit id nō solum Zachariæ manibus gratum, uerum etiam Chalcedonio magnopere iucundum, qui SABELLICVM tum ob principatum quem in litteris tenet, tum ob literatissimas literas, quibus cottidie ab eo instruitur, unice obseruat. Vale.



Errarum orbis uniuerſus in quinq; diſtinguitur partes, quas uocāt zonas. Media ſolis torretur flammis. Vltimas æternum infeſtat gelu. Duæ habitabiles inter exuſtam & rigentes. Altera a quibus incolitur, teſte Macrobio, nō licuit unquam nobis, nec licebit agnoſcere. īteriecta enim torrida utriq; hominum generi commertium ad ſe denegat commeandi. Sola ergo ſuperior incolitur, uidelicet inter ſeptentrionē, & æquinoctialem circulum. Vt alii uoluerunt, inter tropicū æſtiuum, & circulum arcticum, ab omni quale ſcire poſſumus hominum genere, Romāi græci ut ſint, uel barbaræ cuiuſq; nationis. Hæc ergo ab ortu porrecta ad occaſum, longior eſt, q̄ ubi latiſſima. Quo palam fit, quantum hinc uapor abſtulerit, illinc rigor. Eam in tres partes maiores noſtri diuiſerunt. Aſiam, Aphricam, Europam. Aſia a meridie p orientem uſq; ad ſeptentrionem protenditur. Europa a ſeptentrione uſq; ad occidentem. Aphrica ab occidente uſq; ad meridiem, medirerraneo mari ab Europa diſiuncta. Aſiæ termini, a meridie Nilus. A ſeptentrione Tanais.



Oriens



Occidens



BARIMON REGIO EST SCY-
thiæ iuxta Imaũ montem:in qua(ut Pli.
refert libro.vii)siluestres uiuunt homi-
nes auersis post crura plantis:eximiæ ue-
locitatis passim cũ feris uagantes A cha
ia quæ & Hellas dicitur(ut lib.iii. refert
Ptolemæus)prouincia est græciæ ab Achæo ãtiquo rege co
gnominata:quæ primo Danaa dicta fuit(ut herodoto pla-
cet). Vnde græci achæi:atq; achiui:& danai:dicti sunt.Ea li
mites habet ab occasu Epirũ:a septentrione Macedoniam:
ab ortu solis partem ægæi maris:a meridie creticum pelagus
(Vt uero Pomponius scribit libro.ii.)qua sol oritur ægæis:
qua occidit ioniis fluctibus obiacet. Ab isthmo autem pelo
põnesi incipit Achaia:quæ undiq; est circũsepta mari præ-
ter q̃ a septentrione. Vrbium quas habet eæ maxime memo-
randæ sunt. Thebæ Bœotiæ duorũ numinum Liberi atq;
Herculis patria(ut libro.iiii.Plinius refert.)Megara quæ me
garidi regioni nomen dedit.In attide Eleusis Cereri cõsecra
ta:& clariores q̃ ut indicari egeant Athenæ.Pithia. Delphi.
Calcis.Regiões Attica:Bœotia:Megaris:Etholia : Phocis ĩ
qua est mons parnasus:quæ alio nomine Aonia dicit̃. Vn-
de Aonides sæpe musæ dicte sunt. Est etiam eodẽ nomine
Achaia regio quædam in pelopõneso:in qua urbs Patræ
sita est(ut libro.iii.refert Ptolemæus.)Est & Epidaurus Li-
mera cognomine(ut lib.iiii.Plinius auctor est.

Acarnania regio est Epiri:in qua clarum oppidum est Leu
cas.Eam achelous fluuius ab ætholia diuidit: siue(ut ait So
linus)Pindus mons qui achelou̇ parit:in quo inuenitur la-
pis galactites:qui si teratur.reddit succum album ad lactis
saporem.Fœminis nutrientibus illigatus fœcundat ubera.

Eodem quoq; noie uocatur regiuncula quedam i ægypto (ut Seruius scribit) super quinto æneidos.

Agathyrsi populi sunt in scythia ab agathyrso Herculis filio cognominati: qui (ut Pomponius refert) ora artusq; pingunt & sic ut ablui nequeant. Vir.iiii.æneidos. Cretesq; dryopesq; fremunt: pictiq; agathyrsi.

Alania regio e Scythie Europæ: quæ ad mæotidas paludes pertingit.

Albania prouincia est asiæ: q a septentrioe Sarmatiæ adhæret. Ab occasu Ibera: a meridie parte maioris armeniæ usq; hyrcanū mare terminat. In ea albania ciuitas & Albanus fluuius. Albani: ut Solinus refert: posteros se Iasonis credi uolunt. Albo crine nascuntur. Color igitur capillo℞ genti nomē dedit. Glauca oculis iest pupilla. Iō nocte q̄ die plus cernunt. Apud hos canes ferocissimi: qui tauros & leones perimant. Quales petenti Indiam Alexandro magno Rex albaniæ: dono dedit.

Alyba regio est non longe a Mysia: ubi Homerus argentifodinas esse tradit.

Amazonia regio est Scythiæ (ut li.v. scribit Ptolemæus) Fuerūt.n. Amazones scythiæ fœminæ iuxta Tanaim fluuiū p̄mū ihabitātes. Deīde ad loca iuxta flumen Thermodoōta deuenerunt. Et ulterius procedentes magnam asiæ partem armis occupauere. Virgilius.x..æneidos.

Pulsant: & pictis bellantur amazones armis. Seu circū hippolyten: seu cū se martia curru pēthesilea refert: magnoq; ululāte tumultu Fœminea exultār lunatis agmina peltis. Ha℞ regīa Pēthesilea cōtra græcos troiāo bello īterfuit. Cuius ī re milirari magnæ uirtutis documēta extitere. Sine uiris hæ fœmiæ degētes: ī uere tm̄ cū illis delectari cōsueue-

rũt quousq; se grauidas pſentiret(ut li.ii.Iustinus refert(Et si mares nascebantur:iterficiebãt illos.Fœmĩas uero dexte rioribus mãmis inustis:ad uenationes & rei bellicæ officia exercebant.Vnde amazones dictæ sunt quasi sine mãma.

Amanthes populi sunt in aphrica proximi Troglodytis: qui salibus domos extruunt.Et tanta ibi huiusce uenæ co/ pia est:ut tecta faciant ex salinis.Apud eos(ut Solinus re/ fert)carbunculi gemmæ iunueniuntur.

Amathus insula est in mari ægæo Veneri sacra:ipsa dicen/ te apud Virgiliũ.Est amathus est celsa mihi paphos atq; cythera. Est autem metallorum fœcundissima. Vnde Ouidi.metamor.x.At si forte roges fœcundam amathun/ ta metallis.

Andegauia regio est galliæ ducatus titulo ĩsignita.Turoni bus ac Bituriensibus finitima: Oceanoq; proxima.

Androgynæ populi sunt in aphrica(ut li.vii.Pli. refert)utri usq; naturæ inter se uicibus coeũtes.Dextera mamma his uirilis:leua muliebris.

Angilæ populi sunt in aphrica uersus garamantas qui(ut lib.i.Pomponius refert)manes tantum deos putant.Eos ut oracula consulunt.Quæ uolunt super tumulos pre// cantur.Pro responsis somnia accipiunt.Fœminis eorum solemne est: nocte qua nubunt: omnium stupro patere. Quæ cum munere adueniunt & cum plurimis concu// buisse ferunt: maximum decus.In reliquum pudicitia insignis est.

Antandrum saxum est magis q̃ insula inter tenedum & chi um:qua ægæus sinus panditur a dextra nauigantibus.Est etiam ciuitas in phrygia dicta Antandros(ut sup.iii.Aen. Seruius scribit)Vnde Virgil.Classemq; sub ipa Antãdro.

Anticyra insula est in mari ægæo uersus Corinthū portum habens amplū: habetq; oppidū eiusdē noīs. In ea Elleborū nascit̃ quod est genus herbæ medicinalis.
Anthropophagi populi sunt Scythiæ: quibus execrandi cibi sunt humana uiscera (ut Solinus refert) quē morem īpiæ gentis adiacentium terrāꝝ prodit tristissima solitudo: quos ob nefariū ritū finitimæ natiōes metu profugæ reliquerunt. Ptolemæus aūt li. vii. dixit illos esse in India extra gangen.
Aonia est pars Bœotiæ mōtana: ab Aone Rege dicta: que alio noīe Phocis appellat̃: in qua sub monte parnaso est ciuitas delphi Apollinis oraculo clarissima. Ibi aonides montes Musis cōsecrati. In delphi natā ferunt Sibyllam: de qua Chrysippus loquit̃ in libro de diuinatione. Quæ de xp̄o cecinisse fert̃. Ipsum tuū cognosce Deum: qui Dei filius est.
Apamea īsula est a Tigridis fluuio circūfusa: cui Apamea Antiochi regis mater nomen imposuit.
Aphrica duplex est regio: maior & minor: Minor ab occasu numidia: ab ortu cyrenaica: a septētriōe mediterraneo mari terminat̃. In ea olim Carthago fuit a Didone cōstructa: que Publiū Terentiū genuit comœdiāꝝ scriptorem. Ea quondā fuit alterū post urbem Romā terrarum decus: quæ a Scipione Aphricano post annos septingentos trigintaseptem q̃ fuerat extructa (ut Solino placet) euersa est. In ea est Vtica ciuitas fato Catonis insignis. Hipporegius: Rusicade: & Trabaca: Tapsus: Hadrumentum: Clupea: Oppidum tagasense. Flumen Bragada Maior incipit a meridie: & usq; ad occasum protenditur: ab Europa mediterraneo mari disiuncta. Aphricam græci libyam appellauere. Aphrica interpretari pōt sine frigore: quasi aprica idest gaudens sole. Pleriq; ab Apher uno ex posteris Abrae aphricam appellari uoluerūt.

Ea regio (ut Plinius refert lib. viii. multiformes animaliū partus generat inopia aquarum: ad paucos amnes congregantibus se feris: ac uarie fœminis cuiusq; generis mares aut ui aut uoluptate miſcente. Vnde etiam uulgare græciæ dictū. Semper aliquid noui aphricam afferre Ex ea regione complures extiterunt rei bellicæ gloria inſignes. Imprimis quidē. Hano & Hamilcar Carthaginenſes rei militaris diſciplina præſtantiſſimi. Sed præcipua laude & uirtute Hanibal pœnus cæteris ducibus præſtare uiſus eſt: qui minor quinq; & uiginti annis Carthaginenſium imperator effectus hiſpaniam bello ſubegit alpes tranſiuit. Romanorum duces tribus præliis uicit. Apeninum tranſiliens apud ea loca ubi nunc eſt Florentia dextrum oculum amiſit: & tamen. C. Flaminium conſulem apud. Thraſimenum locum occidit. In apuliam exercitum traduxit: ubi apud Cannas maxima clade Romanos effecit: & tādem ſemper inuictus cogitur a ciuibus ſuis Italiā relinquere: & opē patriæ laborāti afferre.

Apſorus inſula eſt in mari adriatico adiacēs Liburniæ: ut li. .i. refert Ptolemæus: in qua ciuitates duæ Creſpa: & apſorus.

Aprutium regio eſt Italiæ: quæ quondam. Samnium dicebatur: inter apuliam & picenum ſita. Regio eſt ampliſſima: uariis populis oriſq; diſtīcta. In ea urbes clariſſimæ. Adria Romanorum colonia: arduo in colle ſita: quæ ciue ornatiſſima fuit Adriano imperatore Romano.

Aquia urbs præclara. Amiternum urbs iam euerſa quæ magni ornamenti ciuem habuit Saluſtium Criſpum nobilem hiſtoricum.

Sulmo oppidū celebre: Ouidii poetæ excellentiſſimi patria. Ortona urbs uetuſtiſſima mari contigua. Arpinum fama celeberrimum. M. T. Ciceronis Plauti & C. Marii: quos ha

buit ciues. Aquinum Thoma sanctissimo ecclesiæ doctore. ac Iuuenale poeta ciuibus decoratum. Eam urbem Strabo li.v.in latio posuit. Athina urbs uetustissima.quam Virgil. lib.vii.scribit arma Aeneæ fabricasse.

Quinq; adeo magnæ positis incudibus urbes.
Tela nouant athina potens.tiburq; superbum.

Beneuentum a Diomede cõdita:apud quã.xxx.milia sanni tum cæsa fuerunt Sulpi.& Petilio consulibus. Corfiniũ op pidũ apud aternum amnẽ in quo.Domicius Enobardus cũ xxx.cohortibns sese.C.Cæsari ne Pompeium persequeretur opposuit. Thelesia urbs uetusta.in qua fluuius oritur tantæ frigiditatis.ut nullos gignat pisces. Peligni populi in hac re gione fuerunt. Sulmo & Corfinium oppida sunt peligno rum. In ea quondam regione fuerunt Precurini: pennenses: Frentani: Peligni (Marucini. Furconenses: Amiternini Ve stini populi loca plurima possidentes.

Apulia regio est italiæ mari adriatico contermina inter dau niam & calabriam: q̃q̃ nonnulli: & dauniam cum apulia es se uolũt a Dauno Pilũni filio cognominata.

Accolæ uero tractum omnem post calabros apuliã uocant (ut lib.vi.Strabo refert (Cũq; aquarum indiga est: nihilomi nus læta suppeditat pascua: & arboribus referta spectatur. Ea quoq; iapygia dicta est. In qua est mons garganus. Virgi lius.xi.æneidos.

Victor gargani condebat iapigis agris.

Nam Diomedis in iapigia condidit urbem Argiripã.in sũ mitate eius montis ꝓclarum extat sancti angeli oppidum or natum pulcherrimo templo beati Michaelis archãgeli. Apu liam græci dauniam uocant (ut li.y.Strabo refert) De qua in iapigia plura dicemus.

Aquitania regio eſt galliæ quæ(ut lib.ii.refert Ptolemæus)ab occaſu mari aquitanico:ab ortu & ſeptentione lugdunenſe regione terminatur:a meridie pyreneis montibus.Cuius inſignes ciuitates.Mediolanum:& Burdigala. Populi:auerni:pictones:Santones:Bituriges:Cotueni:quorũ ciuitas Lugdunum:quam Plãcus orator Ciceronis diſcipulus cum galliam comatam regeret condidiſſe tradũt.Amnes clari Liger. & Garumna.

Arabia quæ & Saba nominatur prouincia eſt aſiæ maioris Iudæam ab ægypto diſterminans.ab Arabo apollinis ex Babylone filio cognominata.cinami & thuris .aliorũq; odorum maxime ferax.Diuiditur in arabiam fœlicem.petream & deſertam(ut lib.v.refert Ptolemæus)In ea mons Syna qui & Oreb.in quo legem Moyſes accepit.Sues in eam aduecti illico moriunt(ut Solinus refert)Ibi naſcitur auis fœnix.aquilæ magnitudine capite honorato in comum plumis extantibus.criſtatis faucibus.circa colla fulgore aureo.poſtera parte purpureus.In cauda roſeis pennis ceruleus interſcribitur nitor.Quadraginta & quingentis eum durare annis perhibent(Vt autem ſcribit Plinius libro.x.)uiuit annis ſexcentis ſexaginta.Cum huius alitis uita magni conuerſionem anni fieri prodit Manilius ſenator.Vmbræ quæ nobis dextræ ſũt illis ſiniſtre.In ea ſardonis gemma Molochites contra ĩfantium pericula.Iris ſicut chriſtallum.Andromadans nitoris argẽtei. Pederotes.q ſuauitate oculos afficit.detinet ĩtuẽtes.

Arachoſia prouincia eſt aſiæ maioris . que(ut lib.vi.refert Ptolemæus)ab occaſu drangiana . a ſeptentrione paropaniſade . ab oriente India terminatur . Cuius inſignes ciuitates Alexandria & Arachotus · Aricada . phoclis Rizaua arbaca:ſigara:Choaſpa.

Gāmaica:maliana:& daminana. Populi Pargyetæ Sidri.Ro plutæ.& Eoritæ.

A rchadia regio est in pelopōneso:ab archade Iouis filio cognominata. In hac comperta fistula disparibus cicutis. Ibi palus lernea. ubi ab Hercule Hydra occisa fuit. Habet fluuium magnum Erymanthum a monte eiusdē nominis demissum. Abeston lapidem gignit ferrei coloris. qui semel accensus extingui non potest(ut Solino placet) In ea circa cyllenē montem merulæ candidissimæ: quæ alibi fuluæ sunt.

A erda insula est in mari in qua ut Eusebius de temporibus refert Curtius talassus cum quattuor chortibus uiuus combustus est: ꝙ tributa grauius exigeret.

A rgia siue argos regio est in pelopōneso(ut li.iii.refert Ptolemæus) In qua sunt ciuitates. Nemea: Gelone: Mycenæ: Epidaurus. argos & templum Iunonis uetustate & religione per celebre(ut Pomponio placet) Apud argiuos primus omniū regnare cœpit Inachus Oceani & Terræ filius(ut Eusebius de temporibus refert) a quo Inachus fluuius nomen accepit: qui argolicum secat tractum.

A ria prouincia est maioris asiæ iuxta Margianā: a septentrione: ab occasu Parthiæ adhæret: ab oriente paropanisade terminatur(ut li.vi.refert Ptole.) Cuius ciuitates insignes. Aria: Bitaxa: Alexandria: attacagna. Pars Ariæ quæ ad auroram īminet oīum ferax est pter oleū(ut li.xi.Strabo refert) Eius puinciæ longitudo ad duo milia stadiorū. Latitudo ducēta. Optimiq; uini ferax est: quod ad generatiōes tris perdurat.

A rimphei populi sunt asiæ septentrionalis prope montes rhipheos: ubi cadentes assidue niues adeo inuia efficiunt: ut ultra adire non possint. His iustissimi mores(ut lib.i. Pomponius refert) Pro domibus nemora. A simenta baccæ. Et ma-

ribus:& fœminis nuda sunt capita. Vterq; enim sexus comas tondent. Sacri itaq; habentur: adeoq; ipsos nemo de tā feris gentibus uiolat: ut aliis quoq; ad eos confugisse ꝑ asylo sit. Vltra surgunt montes riphei: ultraq; eos iacet ora quæ spectat oceanum.

Arimaspi (teste Plinio libro. vii.) populi sunt Scythiæ europæ uersus aquilonis exortum: unicum oculum in media fronte tenentes: qui cum gryphis continua bella gerunt. Nā gemmas & aurum quod gryphi eruunt: ui capiunt Arimaspi. Sunt autē gryphes (ut Solinus refert) alites ferocissimæ: & ultra omnem rabiem sæuientes. Quorum immanitate aduenis accessus difficilis: ac rarus est. Quippe uisos discerpunt: uelut geniti ad plectendam auaritiæ temeritatem.

Armenia prouincia est asiæ: quæ (ut lib. v. refert Ptolemæus) a septentrione parte colchidis. Iberiæ & albaniæ terminatur. Ab occasu parte Cappadociæ Ab oriēte parte hyrcani maris & Mediæ. A meridie parte Mesopotamiæ & assyriæ. Ab armenio Iasonis comite cognominata. Diuiditur autē in maiorē Armeniam & minorem. In ea mons Ararath (ut lib. xiiii. ethymo. Isidorus refert) in quo arca Noe post diluuium resedisse ferunt. Ab ea deducta fuerunt pruna armenia suauissimi odoris. Araxes fluuius & pars Eufratis & Tigridis per eam excurrunt: ut Ptolæmeo placet. Eufrates instar Nili terras fœcundat: diuersisq; nitet gemmis. ciuitates insignes. Artaxata: Armauria: Tospia. Artemita (Vt autem scribit Iosephus libro. i. antiquitatis iudæorum) Otrus filius Aram Armenos instituit.

Asbystæ populi sunt libye intra maxime continentem siti (ut Dionysius refert) ubi templum illud uulgatissimum libyci dei medias inter arenas conditum est.

Asia est tertia pars orbis: & est maior & minor. Maior a meridie per orientem usq; ad septentrionem protenditur. Terminos habet a meridie Nilũ, a septentrione Tanaim. Minor asia mediterraneo mari cingitur: & phrygia ac lycia conclusis terminatur: ab Asia nympha filia Oceani cognominata: quæ imperium circa ea loca tenuit (Vt autem libro. v. refert Ptolemæus) a septentrione Bithynia. ab occasu propontide ab oriente lycia terminatur. Ephesus in ea urbs clarissima est. Epheso decus templum Dianæ adeo magnificum: ut Xerxes cum omnia asiatica templa igni daret: huic uni pepercerit. Est & pergamus: que Apollodorum oratorem genuit: Augusti præceptorem & Galienum medicum insignem: quem tradunt edidisse uolumina centum quinquaginta. Ingenia asiatica inclyta per orbem fuere. Poetæ Anacreõ Minermus Antimachus: Alæeus: & Sappho mulier. Historiæ conditores Exãthus: Herodotus: Theopompus. Septem sapientia præditi: Tales: Bias: Pittacus: Cleantes: Anaxagoras: Heraclitus: & Anaximãder.

Assyria prouincia est maioris asiæ ab Assur filio Sem cognominata: qui eam regionem post diluuium primus incoluit (ut Isidoro placet) Quæ (ut libro. v. refert Ptolemæus) ab ortu Media: ab occasu mesopotamia terminatur. A meridie Susiana. A septentrione parte armeniæ. In ea primum inuẽtus est usus purpuræ: odores: & unguenta: quibus Romanorum atq; græcorum effluxit luxuria. In hac est Adiabene regio: initium assyriorum: cuius est Abellitis regio (ut Solinus refert) Quo in loco Alexander Magnus copias Darii fudit: ipsumq; subegit. Expugnatisq; eius castris: in reliquo apparatu Regis reperit scrinium unguentis refertum. In ea Assur filius Sem Niniuem constituit ciuitatẽ (ut Iosephus

refert libro.i.antiquitatis iudæorum)Quidam a Nino conditam fuisse prodiderunt.

A stypalea insula est in mari ægæo una ex cycladibus.

A stomorum gens ad extremos fines indiæ sita est: quæ(auctore Plinio libro.vii.)sine ore:corpore toto hirta frondium lanugine uestitur:halitu tantum uiuens. Nullus illis cibus. Nullus potus.

A ttica Atte prius dicta regio est Achaiæ.In qua fuerunt. Athenæ ciuitas preclarissima:philosophrum mater.Hellas quoq; dicta est:quam uolunt ueram esse græciam(ut Solino placet)Primus omnium Cecrops regnauit ĩ attica(ut Eusebius de temporibus refert)qui duabus naturis dicebatur:siue ob longitudinem corporis:siue ꝙ cũ esset ægyptius utranq; linguam sciebat græcam & egyptiacam.

A tlantes populi sunt ultra deserta libyæ(ut Pomponius scribit)Qui solem execrantur.& dum oritur & dum occidit.ut ipsis agrisq; pestiferum.Non uescuntur animalibus.Et(teste Solino)ab humano ritu prorsus exulãt. Nulli proprium uocabulum.Nulli speciale nomen.Diris uultibus Solis ortus excipiunt.diris occasum prosequũtur ustiq; undiq; torrentis plagæ sidere oderunt Deum lucis.

A trogorum gens Sericiæ regioni contermina. Quibus (ut Solino plãcet)temperies cæli miram aeris clementiam subministrat. Arcent sane afflatum noxium colles. qui salubri apricitate undiq; obiecti prohibent auras pestilentes. Iõ par illis & hyperboreis genus uitæ est.

A uerni populi fuerũt galliæ aquitaniæ:qui(auctore Srabone lib.iiii.)frequenter aduersus Romanos bella gesserunt:antea quidem.cc.milibus bellatorũ:deinde duplicatis. Tot.n.con

tra diuũ Cæsarẽ milibus cũ Vergento ege preliũ cõmiserũt.
Aurea chersonesus peninsula est in india citra gangem (ut li. vii. refert Ptolemæus) In qua sunt ciuitates Tacola: Embori um: Sabana: Callipolis: Perimula: Bolancha: Tharra. Malan da & aliæ complures.

B



Abylonia regio est asiæ maioris: q̃ a Babylone ciuitate nomẽ sumpsit. Est. n. Babylõ (ut Solinus refert) Caldeæ gẽtis caput urbs a Semiramide regina condita: tã nobilis ut pp eã & assyrii: & Mesopotamii ĩ Babylõiæ nomẽ trãsierint. Vrbs est. lx. m. passuũ circuitu patens muris circũdata: quorũ altitudo. cc. pedes detinet. Latitudo quinquaginta: qui ternis digitis in singulos pedes excedũt mẽsurã nostrã. Amne ĩterluit Eufrate. Beli ibi Iouis tẽplũ: quẽ ĩuentorẽ cælestis disciplinæ tradiderũt. In æmulationẽ huius urbis. Thesiphontẽ Parthi cõdiderũt. Isidorus uero ethy lib. xv. scribit a Nẽbroth gigante Babylonẽ coctructã quã Semiramis regina ampliauit. Vocabulũ aũt sumpsit a cõfusiõe linguarũ ædificantiũ turrim: cuius altitudo quinq; miliũ centũ septuaginta quattuor passuum fuit. In ea regiõe Seleucia ciuitas sita est: secus Tigrim non longe a Babylone (ut lib. xi. Strabo refert) Ea quoq; regio berillum parit qui auro est pretiosior.
Bactra prouincia est asiæ: que (ut lib. vi. Ptolemæus refert) terminos habet ab occasu margianã: ab ortu Solis Sogdianos: a meridie. Ariæ ptem: cuius ciuitates ĩsignes sunt Characharta: zarispa: & Bacta Regia. Virgilius georg. ii. Neq; bactra neq; indi laudibus italiæ cercent. Haber populos bellicosos plurimum: assuetos uiuere tanto: qui persarum luxus

abhominantes semper in armis uersabant᷑. Hæc fortissimos mittit camelos. pedes nunq̃ atterentes Hoꝝ rex fuit Zoroastes artis magicæ inuentor. Eam gentem primus instituit Geter filius Arã: ut li. i. antiquitatis iudæorum auctor est Iosephus) Tradunt etiam Alexandrum Macedonem octo urbes in bactriana & Sogdiana condidisse (ut lib. xi. Strabo refert) e quibus fuit Cariata.

Baleares insulæ in hiberico mari sitæ: a Baleo herculis comite sic dictæ. Sunt aũt duæ. Maiorica: & Minorica: quarũ incolas primitus fundarũ usum cõperisse Vegetius auctor est. Vir. i. geor. Stupea torquentẽ balearis uerbera fundæ.

Balthia siue basilia insula est in oceano septentrionali ĩmensæ magnitudinis: quã Pli. li. iiii. dixit a littore Scytharum tridui nauigatione distare.

Bannonia ĩsula est in oceano scythico: ĩ quã (ut Plinius tradit libro. iiii.) ueris temporibus electrũ fluctibus eiiciatur.

Baardi populi fuerunt galliæ qui (auctore Strabone lib. iiii.) laudationibus rebusq; poeticis student.

Bragmani populi sunt indiæ ultra gangẽ positi: uitæ ĩtegerrimæ: quorũ princeps ad Alexãdrũ Macedonẽ scripsit epistolã: in qua multa cõtinent᷑ ad cultũ unius ueri dei spectãtia. Inter cætera. Deus uerbũ est: & illud uerbũ mundum & uniuersa creauit. Hoc uerbo oĩa uiuunt. Nos illud colimus Illud adoramns. Deus spũs & mens est. ideo nil aliud amat nisi mundam mentem.

Basylidi populi sunt scythie europæ (ut Pomponius refert lib. ii. quibus ab Hercule & Echidna generis principia sunt. Mores habent regios. Arma tantum sagittæ.

Belge seu belgica regio est galliæ a Belgis ciuitate nuncupata: quæ a Scalda amne ad Sequanam fluuium sita est. Dicit᷑

autem belgica quasi bellorum gens uel bella gerens.

Bellouaci populi sunt galliæ: qui (teste hirtio in ultimo cōmentario) belli gloria gallos omnes belgasq; præstabant. Quos Cæsar bello superauit: duce eorꝝ Corbeio īterfecto.

Bethys regio est hispaniæ: que a fluuio per eam decurēte nomen assumpsit. In ea est corduba ciuitas. Senecæ & Lucani patria. Et hispalis: que Auicennam Medicum celeberrimum genuit. Australe latus bethycæ fines habet oceanum & herculeum fretum (ut lib. ii. refert Ptolemæus) Vbi est Calpe mons Abilæ oppositus. Et in exteriori mari gades insula. Eam nunc regionem pleriq; Granatam esse prodiderunt.

Blemii populi sunt in Aphrica ultra deserta ipsius regionis (ut li. i. Pomponius refert) Quibus capita absunt: uultus habent in pectore.

Bithynia prouincia est minoris asiæ: aduersa Thraciæ: & ꝓxima Troadi q̄ prius bebrycia dicta fuit. Virgi. v. æneidos. Qui se bebrycia ueniens de gente ferebat.

Postea Bithynia a Bithynio rege dicta. quæ (teste Solino) diues est urbium & opulenta rerum. In bithynio agro Libyssa locus est Nicodemiæ proximus sepulchro Hannibalis insignis: qui ueneni poculo animam expulit: & romauis se uinculis morte defendit.

Britānia insula est oceani: clara græcis nostrisq; monumentis: que ab ortu germanico oceano: ab occasu hibernico alluitur: ab omni cōtinēte diuisa (ut lib. ii. refert Ptolemæus) de qua Vir. ī buco. Et penitus toto diuisos orbe britānos. Hæc quoq; Albion dicta fuit a quibusdā albis montibus qui ad eā nauigātibus ꝑmo appent. Cæterꝝ a Britone rege Britannia postea appellata fuit Que (testibus Solino &

Plinio)in longum porrigitur octingentis milibus passuũ. Latitudo eius constat trecentis milibus passuum. Eam Iulius Cæsar subiugare adhortus extra orbẽ terrarum. Romanum propagauit imperium. In hoc tempore solstitii estiui fiunt dies longiores q̃ in Italia: & noctes breuiores. Nã(ut li.ii. Pli. refert) In Italia dies longissimus continet horas.xv. in Britãnia uero decem & septem: & nox septem. Vnde Iuuenalis satyta.ii.

Et minima contentos nocte britannos.

Multa & magna flumina in ea(ut Solinus refert.

Fontes calidi & salubres: metallorum larga & uaria copia: Gagates lapis ibi plurimus: optimusq; : qui ardet in aqua: oleo restinguit : attritu calefactus applicita detinet. Margaritæ quoq; in ea reperiuntur. Tellus est frugifera(auctore Strabone li.iiii.)pecore abundas: auro : argento : & ferro. Ibi Londinum oppidum(nunc Londra)copia negociatorum: & lanificii arte celebre.

Britannia minor regio est galliæ belgicæ(ut li.iiii. Pli. refert.) Quæ nunc ducatus titulo insignis habetur: eam nunc pleriq; Turoniam esse dixere.

Bœotia regio est europæ in achaia sita: a boue quam ĩdomitam Cadmus Agenoris filius ibi comperiens immolauit: sic cognominata. In ea Thebæ ciuitas p̃clara ab Amphione cõdita: & mons cytheron fabulis carminibusq; celeberrimus. In bœotia(ut Plinius refert.lib.xxxi.)iuxta flumen Erynũ duo sunt fontes. quorum alter memoriam alter obliuionem affert.

Boemia regio ẽ mysiæ europæ a Boemo p̃ncipe cognoĩata Est ãt ultra Danubiũ sita reꝝ opulẽta. arborbꝰ fœcũda. flumĩbꝰ irrigua diuersarũq; feraꝝ gñibus referta. Cuius metro

polis est Praga ciuitas pmaxima. Regio est frigidissima: uersus aquilonem posita. Nonnulli eam germaniæ partem esse tradiderunt.

Boi populi fuerũt galliæ cisalpinæ inter Padũ & Trebiã siti.

Borystenes populi sunt Scythiæ europæ in. vi. climate cõstituti. Sic dicti a nobilissimo fluuio Borystene qui ĩ pontum defluens (teste Pompo.) magnos pisces alit: quibus & optimus sapor: & nulla ossa sunt. Est etiam insula in ponto eiusdem nominis (ut li. iii. scribit Ptolemæus.)

Brutii populi sunt Italiæ ĩter lucaniã & Rhegiũ siti: apud quos (ut Solinus refert) Vlysses insigne Mineruæ templũ extruxit. Hæc regio (auctore Strabone lib. vi.) Oenotria quondam dicta fuit. Cuius metropolis est urbs Cosentia. Supra illam Pandosia est: ualidũ propugnaculũ: ubi Molossorum rex Alexander trucidatus est. Est & Rhegiũ a Calcidẽsibus condita: cuius ingens olim potentia fuit.

Burgũdia regio est galliæ celticæ: quæ longo tpe sub regibus fuit. Nunc aũt regia dignitate amissa ducatus titulo ĩsignis est: cuius duces cæterorũ christianorũ duces facile ꝑcellũt.

C



A Cearia ĩsula est in ponto Marti sacra. Eam Pomponius li. ii. Collisariã uocat. In qua uolucres cum aduenis pẽnarum ictu pugnare uidentur.

Cadana insula est in persico pelago adiacens carmanie.

Calabria regio ẽ Italiæ post Lucaniã sita: a græcis sic cognominata: quia bonis oĩbus scatet. In ea est Brũdusiũ ciuitas pulcherrimo portu: ĩsignis Pacuuii tragœdiaꝝ scriptoris clarissimi patria. Est Tarentũ urbs ĩclyta a Tara Neptũni filio

condita: seu ab Achiuis (ut Straboni placet) que Ennio poeta, & archita tarentino philosopho prestātissimo ciuibus ornata fuit: Eas urbes Strabo libro.vi.in Apulia posuit.

Caldæa regio est asiæ maioris: in qua Babylon ciuitas magna fuit. Caldæos Arphaxat instituit: & a se Arphaxateos nominauit (ut Iosephus refert lib. primo antiquitats iudæorum.)

Calcidica regio est Macedoniæ (ut libro.ii. refert Ptolemæus) in qua est Panormus portus & ciuitas. Athosa promontorium & ciuitas. In mediterranea regiōe Augea ciuitas: & athos mons altissimus.

Calybes populi sunt in asia, assyriæ contermini (ut Dionysius refert) genus hominum durissimū: qui nunq̄ in elaborando ferro: parādisq; ad bella armis a maleis neq; ab īcudibus uacāt totaq; illa regio arida: nulliq; apta cultui: fumo conte cta ardere uidet: & ferramētoꝝ structuris ictibusq; īhorrere.

Claros īsula est una ex cycladibus: a qua (ut Homerus refert) Apollo Clarius dictus est.

Campania regio est Italiæ quæ nunc dicitur terra laboris: regio omniū Italiæ fertilissima bis uernat: temperies grata: aer purus & blandus. In ea Capua urbs uetusta a Capye Troiano: uel a locis campestribus sic appellata. Virgilius libro.x. Et capys: hinc nomen campanæ dicitur urbi. Ea enim urbs propter fertilitatem agrorum a romanis seruata est. Ait enī Cicero oratione in Rullum.ii. Vnum ne fundum pulcherrimum populi Romani caput uestræ pecuniæ: pacis ornamētum: subsidium belli: fundamentum uectigalium: horreum legionum solatiū annonæ disperire patiemini? Hanc Tusci condidere: uiso falconis augurio: qui tusca lingua capys dicitur. In hac etiam Neapolis est: urbs præclara: Parthenope a tumulo Sirenis appellata. Ibi cumarum urbs: a qua Sibylla

cumana: quæ nunc diruta iacet, Eam Sibyllam de Christo hæc præcinisse tradunt Et mortis fatũ finiet: trium dierum somno suscepto: tunc a mortuis regressus ĩ lucem ueniet: primus resurrectiõis initium ostendẽs. In ea fuerunt Baiæ urbs opulenta. Vesuuus mons cuius ĩcendia dũ Plinius ĩspicere uoluit, necatus ẽ. De hac regiõe plura uidebis ĩ terra laboris.

Chananea regio est Syriæ a Chananeo filio Cham sic cognominata: qui eam regionem: quæ nunc Iudæa nuncupatᷣ inhabitans: a se chananeam appellauit (ut Iosephus refert li. .i. antiquitatis iudæoꝝ.

Canopus insula obuia Nili hostio (ut Pomponius refert lib. ii.) quod Canopicum uocant. Menelai gubernator nauis Canopus ibi moriens nomen insulæ, illa hostio dedit. Est etiã ciuitas eiusdem nominis: quam Alexander Magnus in eadẽ insula instar ciuitatis suæ macedonicæ: quæ pelia dicebatᷣ, condidit. Vnde Virgilius. iiii. georgicoꝝ. Nam qua pelæi gens fortunata canopi Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.

Cantabri populi sunt hispaniæ tarraconensis uersus oceanũ septentrionalẽ (ut lib. ii. refert Ptolemæus) Quorum ciuitates mediterraneæ Concona: Octauiola. Argenomescum, & aliæ complures.

Chaonia regio est Alpestris Epiri: quandoq; pro tota Epiro sumitur. Dicta est autem Chaonia a Chaone Heleni fratre Virgi (teste li. iii. æneido.) Morte Neoptolemi regnoꝝ reddita cessit Pars heleno: qui chaonios cognomine cãpos Chaoniamq; omnem troiano a chaone dixit. Est etiam Chaonia mons in Epiro in quo silua fuit Dodona carminibus poetarum percelebris, glandibus superabundans. Erat in ea templum Ioui Dodoneo sacrum: in quo duas e cælo columbas

descendisse ferunt: & inde ueteribus solitas insidere quercubus: responsa dantes postulantibus. Vnde Virgilius .ii. georgicorum. Aesculus atq; habitæ grais oracula quercus.

Cappadocia prouincia est asiæ maioris: & (ut Solinus refert) gentium uniuersarum quæ pontum accolunt præcipua. Ab Armenia maiore diuisa Eufrate amne. Multæ in ea urbes inclytæ. Terra illa ante alias altrix equorum & prouentu equino accommodatissima. Equis inesse iudicium documentis plurimis patefactum est cum aliquot inuenti sunt: qui non nisi primos dominos agnoscerent. Inimicos partis suæ norunt. Adeo ut inter prælia hostes morsu petant. Alexandri Magni equus Bucephalus neminem unquam alium præter dominum uehere dignatus est. Equus. C. Cæsaris nullum præter Cæsarem dorso recepit. Regem Scytharum cum singulari certamine interemptum aduersarius uictor spoliare uellet ab equo eius calcibus morsuq; laniatus est.

Capraria insula est in mari tusco capris abundans quam græci ægilon dicunt. Alii eam in mari ligustico esse dixerunr.

Caria regio est minoris asiæ a Cara rege cognominata. Qui (teste Plinio li. vii. auguria ex auibus primus comperit. Gens quondam armorum pugnæq; amans: adeo ut aliena etiam bella mercede ageret. In ea est Halicarnasus ciuitas maritima: in qua Mausoli nobilis extat opus. Fuit autem Mausoleum nobile sepulchrum ab uxore artemisia factum Mausolo cariæ regulo: ut Martialias li. x. epigrammatum refert.

Marmora parua quidem: sed non cessura uiator.
Mausoli saxis pyramidumq; lege.

Quod opus (ut Plinius refert. li. xxxvi.) inter septem miracula computatur: quod maximi eius temporis sculptores Scopas: bryas: Timotheus & Leochares cælauere. Patetq; in circuitu pedes quadringen

tos undecim. Attollitur in altitudine. xxxv. cubitis. Cingitur columnis .xxxvi.

Caryſtos inſula eſt una ex cycladibus ĩ euboico mari ſita: uarii marmoris feraciſſima. De qua Seneca in Troade. An ferax uarii lapidis Caryſtos In ea Tyrannos regnaſſe. Solinus auctor eſt. Eſt etiam ciuitas eiuſdem nominis in euboia (ut lib. iii. ſcribit Ptolemæus.

Carpathus inſula eſt inter ægyptum & Rhodũ in qua regnauit Proteus maximus uates: Oceani & Tethyos filius. Ea inſula mari carpathio nomen dedit.

Carmania prouincia ẽ Aſiæ maioris: quæ a ſeptentrione Carminia deſerta terminatur. Ab oriente Gedroſia. Ab occaſu parte perſidis. In ea ſunt ciuitates: carmania metropolis: Tapſis: Alexandria & aliæ multæ Carmanii (teſte Pomponio) ſine ueſte ac fruge. ſine pectore ac ſedibus: coriis piſcium ueſtiuntur. Quidam teſtudinis carne uiuũt: præter capita toto corpore hirſuti.

Caſiterides decem inſulæ ſunt in oceano occidentali: ex aduerſo celtiberiæ: a fertilitate ſtanni dictæ.

Quas quia plumbo abundant: uno omnes nomine caſiterides appellant (ut lib. iii. Pomponius auctor eſt)

Caunos inſula eſt in mari oceano proxima Tyle.

Cæa ĩſula eſt in ægæo mari, a Cæo Titani filio cognominata.

Cephalenia inſula eſt in mari ionio: quæ quondam fuit ſub Vlyſſis imperio. Hæc teſte Plinio. Mænala olim dicebatur: & eſt contra Epirum ſita.

Celtæ ſiue Lugdunenſes fuerũt populi gallorum & eſt tertia pars galliæ: qui uenientes ad iberum fluuium hiſpaniæ: ibiq; conſidentes Celtiberi dicti ſunt. Vnde Lucanus lib. iii. Profugiq; a gente uetuſta Gallorꝫ celtæ miſcẽtes nomẽ hiberis.

Chelophagi (ut scribit Solinus) populi sũt Carmaniæ: q̃ non alia q̃ testudinis carne uiuunt. piscium cute se uelant.
Celtiberi populi fuerunt hispaniæ: quorũ nobilissima ciuitas fuit Numãtia: q̃ (auctore strabone lib. iiii.) in bello celtiberico quod aduersus Ro. Po. gestũ est uirtutem ꝓpriã ostentauit: quod uigesimũ pdurauit ad annũ. Bilbilis quoq; ciuitas in celtiberis annumerat᷑. Est aũt natio frequentissima auri, atq; argenti copia excellens. Nam. M. Mar. tribunus ex celtiberia exegisse fertur talentum sexcentorum.
rũ accipit̃: Inferior iuxta Rhenũ sita ẽ. In ea ẽ hercynia silua toti⁹ germaniæ maxĩa cui⁹ latitudo (uti Cæsar in. vi. cõmentariorꝫ scribit) nouẽ dierꝫ iter expedito patet. Lõgitudo dierum ãplius. xl. Orit̃ ab Heluetiorꝫ: & Nemetũ: & Tauriacorũ finibus: & usq; ad fines Dacorꝫ & Anartiũ se ꝑtendit. Multa in ea gñã ferarꝫ. Ex qbus est bos cerui figura: cui unũ cornu excelsũ existit cũ ramis in sũma sicut palmæ. Sunt Alces consimiles capris: qbus uarietas pelliũ sed magnitudĩe capras ãñcellũt. Crura sine nodis: q̃ si quo conciderint casu: erigere sese ac subleuare non possunt. Sunt & Vri magnitudine paulo intra elephãtos: figura tauri: qbus magna uis magnaq; uelocitas. Neq; hoĩbus neq; feris parcũt. Imperiũ Romanorũ in germaniã translatũ est anno salutis. DCCCCLV. Quo tpe a romanæ ecclesiæ pr̃ibus urbisq; ꝑncipibus Otto germanorꝫ Rex euocat⁹: ut corruptos Ioannis Põtificis. xii. mores emẽdaret. Nam ĩ oẽm luxuriã dissolut⁹ erat. In q̃ urbe ãplissimis honoribus: coronam suscepit. Et fuit prĩus Germanorũ qui imperiales titulos rite susciperet. Quod postea usq; in ꝑsens tempus obseruatum est. Germaniæ celebriores ciuitates sũt Amasia: Lapte: Eburodanũ (ut. li. ii. scribit Ptole.) Sunt & Naualia Mediolanũ Colancorꝫ: Tuderiũ: amisia: & complures aliæ. Circa Rhenũ incolunt Busactori. Sicãbri: Lõgobardi: Vargiões. Supra dorsũ Cimbricæ: chersonesi. Saxões maxĩe septẽtrionales cimbri. Interiora tenẽt Sueui: ãgli. Ply. uero. li. iiii. gñã germanorꝫ qnq; eẽ uoluit. Vindelici: quorꝫ pars burgũdiones. Varinæ: Charini: Guttões. Alterꝫ genus: Ingeuones: quorꝫ pars Cimbri: Teutoni a chaucorꝫ gente: ꝓximi aũt Rheno Istenones: quorꝫ pars Cimbri mediterranei. Hermiones: quorꝫ Sueui: Hermunduri: Chatti. Cherusci. Quinta pars Peucini: Basternæ contermini dacis.

Græcia hellas prius dicta ꝓuincia est europæ a rege Græco nomine (ut Plinius refert li.iiii.) sic cognomiata. Quæ ab Isthmi angustiis incipit: & a septentriõe in meridiem uersa: qua sol oritur ægæis: qua occidit ioniis fluctibus obiacet. In ea ꝑma Attica: antiquitus Atte uocata. Ibi Eleusis Cereri cõsecrata (ut Pomponio placet) Est & urbs Athenarum: mater liberaliũ artiũ: qua nihil habuit græcia clarius: In ea Marathonii campi. cruentissimo quondã Persarum ꝑlio insignes. Fuerũt & Thebæ Boetiæ nõ cedentes Athenis claritate duorum numinũ: Liberi atq; Herculis patria. Est cytherõ mons fabulis carminibusq; celeberrimus. Ibi Phocis: in qua Delphi ciuitas: & mõs Parnasus: & Apollinis fanũ atq; oraculũ. Ibi Hellenes quos Homerus. tribus nominibus appellauit: Myrmidõas, & Hellenes, & Achæos. Erichthonius ꝑmus quadrigã iunxit ĩ græcia (ut Eusebio placet) Laterarias ac domos cõstituerunt primi Eurialos ac Hiperbios fratres Athenis (ut lib. vii. Plinius refert) Antea. n. specus erant pro domibus. Laudatus etiam Athenis philon fuit: Armamentario mille nauiũ fabricato.

Getæ populi sunt thraciæ ĩmanes & feroces. De qbus Ouidius de ponto. Nulla getis toto gens est truculẽtior orbe. Appianus uero ĩsignis historicus getas dixit: quos Dacos uocãt Alii gotthos: alii Musios esse uoluerũt a Lucullo superatos.

Getulia regio est in aphrica uersus æthiopes: q̃ ab oriente montuosa tst: & elephantes gignit (ut Iuuenalis refert) Cũ getula ducẽ portaret belua luscũ. Littora getuliæ purpura & murice fœcũda sunt. Getulis ꝑmũ origo fuit Eiulas nepos Chã: q a se Eiuleos nominauit: q nũc getuli dicuntur (ut lib. i. antiquitatis iudæorum auctor est Iosephus)

Gyarus insula est ꝑua, & una ex cycladibus: Myconæ ꝓxima: ad quas noxii Romani dãnabant᷑. Vnde Iuuenalis. Aude

aliquid breuibus gyaris & carcere dignum: Si uis esse aliqd.

Gymnesia & Aphrosiades insulæ sunt in mari hiberico: quas baleares uocãt. Eas uulgus Maioricã & Minoricam appellat.

Gymnosophistæ fuerũt indorꝝ philosophi & sapiẽtes. Alii dixerunt caldæorꝝ: quos dryidas Laertius appellauit. Qui obscure & ꝑ sententias philosophant̃: dicebant colendos eẽ deos: nil mali agendũ, & mortem cõtemni oportere. Hi arenis feruẽtibus per totam diẽ alternis pedibus insistentes: orbem solis firmis oculis cõtuentur (ut Plynius refert li.vii.) in ipso globo Syderis q̃dam secreta rimãtes. Eos tradunt cõtempta fallaci sæculi uanitate: in tuguriis ac speluncis degere: nulli nocere: nec cõtra quempiam arma sumere. Ad eos tradunt Alexandrũ macedõem accessisse: illisq; dixisse. Petite quodcũq; uultis. At illi. Da nobis ĩmortalitatẽ: quam præ cæteris semper optamus. Quibus ille ait. Cum sim mortalis: immortalitatem nemini præstare possum. Si ergo inquiunt mortalem te esse cognoscis: cur non contentus patriis sedibus, omnibus infestus totum orbem subiicere conaris.

Gorgones insule sũt in oceano æthiopico: cõtra montem atlãtem: bidui nauigatione distantes a cõtinenti in quibus hirta sunt fœminarꝝ corpora aliti pnicitare. Eas Pompõius & Solinus Gorgodes uocãt obuersasq; dicunt promontorio cui hesperuceras nomẽ est. In eis Medusa cũ sororibus Euryale: Sthenione & Scylla regnauit. Fuerunt aũt filiæ Phorci regis eximiæ pulchritudinis. Eas aspiciẽtes in lapides uertebãtur ob stuporẽ admirandæ pulchritudinis. Sed Medusã dormientẽ tradũt a Perseo Iouis & Danaes filio: accepto ense & tallarib⁹ Mercurii & scuto Palladis chrystallino: ꝑ quod illam impune aspicere posset: uno ualidissimo ictu peremptam: ex cuius sanguine mox fingit̃ natus Pegasus allatus equus: qui

inde usq; ad heliconem collem peruolans: & pede humum fodiens: Heliconē seu pegaseū fontem eduxit: musis sacrū. Quod ideo fcm̄ putant: quia Perseus sanguie, hoc est diuitiis Medusæ p̄clara multa peregit. Nam atlantē mauritaniæ regē & Aphricam totam subegit: græciāq; expugnauit. Finxerūt etiam Poetæ ipsas sorores unicū tm̄ habuisse oculum quo singulæ pro libito utebantur: hoc est sapientem quendam habuisse putant: cuius consilio omnia regebantur.

Gotthia regio ē Europæ Daciæ & Noruegiæ cōtermīa. Diuiditur āt in duo regna. Gentes īmanes & ferocissimæ: q olim cū Romanis grauia bella gesserunt: ac totam Italiā armis subegerunt: ipsamq; urbem Romā prǣde datam incenderūt.

H



Austisus est promontorium Cimbrorū excurrens in mare: efficitq; penīsulam uigintitria mil. passuum.

Hedui populi sūt finitimi Auernis: bituri gibus: sequanis ac sebusianis: īter celtas: inter burgundos nunc noīati. Nec aliquos fines habent citra Ararī flumen: q nunc Sagona appellatur. Hi trans Arim domicilia tenent: primiq; eius regionis homines in Romanorum amiciciam societatemq; uenerunt (ut lib. iiii. Strabo auctor est.

Heluetii populi sūt īter celtas: bōitatē agri hn̄tes: finitimi Cōstanciēsibus: basiliensib⁹: gebenēsibus: & bisōtinis. Viri fortissimi: quos Cæsar apud Rhodanum prælio superauit.

Hellas regio est: q̄ & Achaia dr̄ (ut placet Ptolemæo) a nostris græcia appellata a Greco rege q primus ī illa regnauit. A cuius filia uocata ē attis. Deīde ab Hellene Deucaliōis & Pyrrhæ filio dicta fuit hellas. Sed nos antiquū nomen seruam⁹:

& græciam dicim⁹. Incipit āt ab isthmo corīthio siue strictu ra peloponesi: & ad littora ægæi maris porrecta: usq; in Ma/cedoniā & Thessaliā: quam cū oī Boetia ītra suū nomen in/cludit: extēdit᷑. In hac regiōe urbs Athenaꝝ fuit: nec indiga ulli⁹ preconii: tāta claritas supfuit. Ab ea. x. milib⁹ passuū di/stat. Marathō ciuitas: cui⁹ campi cruētissimo prælio memo/rādi sūt. Nā cētū millia peditū & decē millia eqtum Darii re gis psaꝝ ab atheniēsibus duce Milciade solū cū decē millli/bus armatis ipsi⁹ ducis cōsilio & īdustria profligati sūt. Nec longe ab Athenis Argos oppidum a Baccho cōditum. Cæterum ab Atti ipsa regio attica dicta est. Et ab Helene qui (teste Soli.) thessalia natus est: ipsi græci helenes dicti sunt.

Helene insula est in mari ægæo (ut Pompōius refert) nota stu pro helenæ.

Hemodes sunt insulæ septē in oceano germanico (teste Pōponio) cōtra germaniā uectæ: ī illo sinu quē Codanū dn̄t. Ex is Codanonia: q̄ & magnitudine & copia reꝝ cæteras an̄cellit.

Hespia puīcia ē in europa ab hespo Atlantis fr̄e dicta: q̄ nūc hispāia uocat᷑. Quī & ab eodē Italiā hesperiā fuisse ātiqtus nomīatā graii auctores attestantur. Vnde Virgilius. i. ænei.

Est locus hesperiam graii cognomine dicunt,

Vel (ut Macrobio placet) ab hespero stella ꝗ occasui subiecta sit: hesperia dicta est.

Hespides īsulæ sūt ī oceāo æthiopico. Fuerūt & hespi fr̄s At/lātis filiæ: hespides uocate q̄s poetæ finxerūt amēissimū uiridariū cū īsōni dracōe custodire: ī quo erāt arbores aurea mala tenētes. Sed tādem Hercules ab Eurystheo Mycenaꝝ rege missus occiso dracōe aurea mala tulit. Vn̄ Luc. li. ix. Abstulit arborib⁹ p̄ciū: nemoriq; laborē. Alcides: passusq; inopes sine pōdere ramos: Retulit argolico fulgētia poma tyranno. Sa/

ne de horto & dracone puigili ratio hæc est (ut Solinus scri-
bit) Fuerunt.n.insule due (ut Plyni⁹ refert li.vi.) quæ maris fle
xuoso meatu: ꝓcul uisentibus tortuosũ anguem mentieban
tur: Sed ꝑter arbores oleastris similes & arã sacram Herculi:
nihil aliud ꝑferunt quod propaget uetustatis memoriã. (Vt
plerisq; placet) ouiũ greges ibidẽ fuere: quæ purpureã lanam
ꝓducẽtes ab hercule raptæ traduntur. De quo Oui.met.iiii.
Mille greges illi: totidemq; armenta per herbas.
Errabant: & humum uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante micantes.
Ex auro ramos: ex auro poma tegebant.
Himatopodes populi sunt libyæ: qui (teste Solino) flexis nisi-
bus crurum repunt potius q̃ incendũt: & pergendi usum la-
psu magis destinant quam ingressu.
Hyrcania prouincia est in asia: dicta a silua hyrcana quæ Scy
thiæ subiacet: hẽt ab oriente mare caspiũ a meridie Armeniã
a septẽtrione Albaniam ab occasu Iberiam. Est ãt siluis aspa
& niuibus copiosa. Vnde lucanus.libro.iiii. Tinxere sagittas.
Errantes scythiæ populi quos gurgite batros.
Includit gelido: uastisq; hyrcania siluis.
Ea regio (ut.Q.Curtius scribit) pantheris & pardis abundat:
sed maxime tigribus. Quod Luc. testatur lib. i.
Vtq; fere tigres nunquam posuere furorem,
Quas nemore hyrcano matrum dum lustra sequuntur.
Altus cæsorum pauit cruor armentorum. Et Vir.iiii.æne.
Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.
Hispania ꝓuincia est Europæ: q̃ a montibus pyreneis incipi-
ens (ut scribit Appianus clarissim⁹ historicus) & per colum-
nas Herculis circuiens usq; in borealẽ oceanum protendit.
Cui⁹ magnitudo multa est & incredibilis. Nam decẽ milib⁹

ſtadiis latitudo comēſuratur. Longitudo eadē eſſe uidetur. Quā gentes quoq; diuerſæ īhabitant. Quī & fluuios plures nauigabiles continet. Terra eſt fœlix & optimaꝝ reꝝ fertilis. Hæc ille. Eſt aūt a ſeptētrione pyreneis mōtibus clauſa: reliqs ptibus uniq; mari cōcluſa. Pyreneꝰ mons a crebris igniū fulminibꝰ cognomiatus a tyrrheno incipit mari: & in oceanum boreale ꝓtendit: hēt ex orientali pte celtas galliæ populos: ex occidētali hiberos. Interfluūt eā flumīa magna: Bethys. Mineus Iberꝰ: & Tagus auꝝ trahens: ut in aſia Pactolus & Hermus. Hēt regiones ſex: tarraconēſem: Carthaginenſem. Luſitaniā: Gallitiam: Bethycā: & celtiberiā. Hæc eadem ꝑus hiberia ab hibero amne cognomīata fuit: poſtea ab Heſpo fratre Atlantis heſpia. Poſtremo ab Hiſpali urbe Hiſpania nuncupat̃. Sed duæ ab hiſtoricis Hiſpaniæ deſcribunt̃ Citerior q̄ eſt in ſeptētrionali plaga: & a pyreneis mōtibus uſq; ad Carthaginem porrigit̃. Vlterior: q̄ in meridie a celtiberis uſq; ad gaditanū fretū extendit̃. Eſt aūt hæc ꝓuincia (ut Pōpo. ſcribit) uiris: equis: ferro: plūbo: ære: argēto: auroq; abūdans & fertilis. In tarraconēſi regiōe urbes clariſſimæ fuerūt. Pallātia & Numātia: nunc eſt Cæſarea auguſta. Sūt & aliæ urbes inſignes (ut Ptole. refert. li. ii.) Aſturica: Auguſta: Cluma: Tolentum: Valētia Romana colonia. Vrbs clariſſima: q̄ mari adiacēs & ſitus oportunitate & uiroꝝ ꝓbitate: artiumq; bonitate īſignis fuit. Ea genuit Calliſtū pontificē maximum: doctrīa & ſctītate illuſtrē patruum Alexādri. vi. q xpianoꝝ oīum pater unicus ac ſcīſſimus xpi uicarius in tantoꝝ patꝝ cœtu: oīum cōſenſu & iudicio ad tāti throni faſtigiū electus eſt. Carthago noua Tarracō: Barcinō: romana colonia: & Sagūtum. Populi celebriores: Vaſcōes: Cātabri: Celtiberi. In ea quoq; ē regnū nauarie uerſus ſeptētrionem. Nā uerſus oriētem eſt re

gnum Tarraconiæ & Cateloniæ. In lusitania uero quæ ocea
no occidẽtali alluit᷑. Est ciuitas Emerita & rgnũ portugalliæ
In bethyca q̃ meditteraẽo mari adiacẽt sunt ciuitates Asta-
gi:hispal:q̃ Auicẽnã medicũ celeberrimũ gẽuit. Et corduba
Senecæ & Lucani poetæ pria. Et regnũ granatæ. Hæc terra℞
plaga (ut Soli. placet) ẽ optimis cõparãda: nullis posthabẽda
frugũ copia: ubere soli: uinea℞ & arbo℞ ꝓuentu. Oĩum mate
ria affluit: q̃ cũq; aut ꝓcio cara ẽ: aut usu necessaria. Argentũ
hẽt & au℞. Ferro nunq̃ deficit: nec cedit uitibꝰ: uĩcit oleas: ui
get pabulis. Rudẽtũ materiẽ nauticis submĩstrat. Ibi non co
quunt soles: sed effodiũt Tagũ flumẽ ob arenas auriferas cæ
teris ãnibus ꝓferũt. In ꝓximis Olisponis oppidi equæ lasciui
unt mira fœcũditate: Nã spirãte fauõio uẽto cõcipiũt. Car-
thaginẽ apud hiberos pœni cõdiderũt. Tarraconẽ Scipiões:
q̃ caput ẽ ꝓinciæ terraconẽsis. Lusitanũ littꝰ pollet gẽma ce
raunio: qđ indicis ꝓferũt. Aduersus uim fulgu℞ credit᷑ opi-
tulari. Hæc solinꝰ. Hispani ꝑmũ Iobeli dicti sũt (ut li. i. antiq-
tatis iudæorum Iosephus auctor est.) Quos Iobel filius Ia-
phet condidit. Qui nostris temporibus hiberes qui & hispa-
ni: a quibus postea celtiberi nuncupati sunt.

Hypborei mõtes & populi sũt scythiæ sup aquilonẽ ripheos-
q; mõtes: sub ipso syde℞ cardine cõstituti: q̃si ultra boreã po
siti. Vbi sol nõ quottidie ut nobis: sed primũ uerno æquino
ctio exortus: autũnali demũ occidit (ut li. iii. Pompo. scribit)
Et iõ apud illos sex mẽsibus dies: & totidẽ aliis nox usq; cõti-
nua est. Terra aphrica: p se fertilis. Cultores iustissimi: & diu
tius q̃ ulli mortaliũ & beatiꝰ uiuũt. Semp læti Nõ bella noue
re nõ iurgia. Habitãt lucos siluasq;. Et ubi eos uiuendi satie-
tas: magisq; tediũ capit: hilares redimiti sertis: semet ipsi ĩ pe-
lagus ex certa rupe præcipiti dant. Id eis funus eximium est.

Hippopodes populi ſunt in oceano ſcythico: qui (teſte Solino) humanam uſq; ad ueſtigium formam tenent. Sed in equos pedes deſinunt De quibus idem tradit Ply.li.iiii.

Honomadum gens eſt in aſia minori (ut libro.v. Plynius refert. Quorum oppidum Homana. Caſtella.xliiii. inter aſperas conualles latent.

Huni populi ſūt: q quōdā ī ſcythia europe ſup mæotida paludē icoluere Deīde mutatis ſedib⁹ īgēti multitudīe ꝓfecti in pānoniā deuenere: eāq; ſibi ꝓuīciā in domicilium elegerunt.

I



Abadium inſula eſt in mari indico cuius metropolis eſt Argentea urbs. Eſt enim inſula feraciſſima: quæ auri multum generat (ut libro.vii. auctor eſt Ptolemæus.

Iapidia nūc Forū iuliū regio ē Italiæ a Iapide ætholi filio: q ad eas oras deueniēs oppidū de ſuo noīe cōdidit. A quo ea pars ubi fluui⁹ ē Timau⁹ iapidia cognomīata fuit. Vñ Vir.li. geor.iii.

Caſtella in tumulis & iapidis arua timaui.

Iapygia regio eſt Italiæ: quæ nunc Apulia dicitur a Iapyge Dædali filio cognomīata (ut Herodoto placet) De quo Virgilius libro.xi.ænei.

Victos gargani condebat iapygis agris.

Vnde Seruius ſuper dicto lib. iapygiam partem eſſe apuliæ dixit: in qua eſt mons garganus: qui uſq; in adriaticum tenditur pelagus. Lucanus.

Appulus adriacas exit garganus in undas.

Regio eſt populoſa: ciuitatibus nobiliſſimis inclyta caſtris & oppidis præmunita: frumento uino & oleo: diuerſi generis fructibus fertilis & fœcunda.

Hic bellatores eq̃ ꝓueniunt. Eius metropolis est Brundusiũ: quã ætholi Diomedẽ secuti cõdiderũt. In portu brũdusii (te ste Ply. li. ii.) fõs ĩcorruptus ꝑstat aquas nauigãtibus. Hæc regio (auctore Strabõe. li. vi.) aliqñ copiosa mortaliũ multitudine floruit: & tredecĩ urbes habuit. Nũc aũt excepto Tarento atq; Brũdusio cætera exigua sũt oppidula e brundusio autẽ Tarẽtum uia expedito uiatori uno nauata die: cherroneso ꝑ quamsimilis est. Eam regionem & Messapiam & Iapygiam & calabriam & Salẽtinam complures communi appellatione nuncupant. Brundusii uero portus sua excellentia cæteros præstat. Multi enim ore uno portus includuntur.

Iaziges methanastæ populi sũt in europa: q (ut scribit Ptolemæus li. iii.) ab oriẽte hñt Daciam: ab occasu & austro germaniæ ptem: a septentrione Sarmatiã europæ. In ea ꝓuĩcia octo urbes tm̃ posuit Ptolemæus: uidelicet. Vsceniũ: Bormãum: Abinta: Trissum: Parca: Candanum: Passium: Partiscum.

Iberia prouincia est asiæ hyrcano mari ꝓxima & albaniæ. Virgilius. lib. ix.

Pictus acu clamydem & ferugine clarus ibera.

Vt aũt scribit Diony. Iberes populi quõdam a pyreneis mõtibus ꝑfecti: in asia sedes posuere. Vñ ea pars asiæ Iberia nũcupatur. Hoĩes bellicosissimi: & uicinis hyrcãis ĩfestissimi, Cũ qbus atrocissima bella gesserũt. Ciuitates & uillæ huius regionis (ut. li. v. refert Ptolemæus:) Agĩna: Vasanda: Varica: Sura: Armatica. Est & Pharmasus oppidum iuxta flumẽ Neoris (ut Plynius refert. li. vi.) In ea sũt Acroceraunia montes excelsi: qui Iberiã ab Armenia disterminant: & a portis caspiis initium deducentes usq; ad fontẽ tigridis ꝓtendũtur. Quæ & ceraunia uocitantur: a crebris fulminibus sic dicta. Vnde Virgil. geor. primo. cum de Ioue loquitur.

Aut athon:aut rhodopen: aut alta ceraunia telo.
Deiicit. Sunt & Ceraunia altissimi montes Epiri de quib9 Virgilius.iiii. ænei.
Prouehimur pelago uicina ceraunia iuxta.
Vnde iter Italiam: cuiusq; breuissimus undis.
Ibernia ĩsula est in oceano septẽtrionali uersus occasum proxima britãniæ: spatio terraꝝ britãnia ãgustior sed situ fœcundior (ut Isidorus refert.) Hæc ab aphrico in boream porrigit̃: cuius ptes pores hiberiam pspectant: unde & Ibernia dicta. Gẽtes hẽt ferocissimas & bello aptissimas (ut Diony. refert) q̃ cum pulchro sint corpe & elato: mẽbrisq; robustissimis ac colore cãdido: ĩgenio quoq; & facilitate lĩguæ plurimũ præstãt. Equos parit q a natura suauissimo ĩcessu & modulatione q̃dam ueluti more regio deãbulare uident̃. Ibi nullus anguis: auis rara: apis nulla: adeo ut aduectos inde pulueres siquis inter aluearia sparserit: examina fauos deserant.
Icaria ĩsula est ĩter sardũ & siculum mare: ab Icaro Dædali filio: q cum pr̃e e Creta fugiẽs: alaꝝ fiducia fretus: ultra parentis iussa altius euolauit: & solis ardore cæra qua pennæ continebantur liquefacta: in eum locum decidit: quod de suo nomine Icarium mare dictum est. de quo Ouidi. de tristibus.
Icarus immensas nomine fecit aquas.
Sed iuxta historiæ ueritatẽ Dædalus atheniẽsis artis fabricæ pitissimus q (teste Ply. li. vi.) ĩ ea arte prĩus serram: Asciam: ppendiculũ: & terebrã adinuenit: & ĩ nauigãdo malum & antennã. Cũ accusaret̃ interemisse sororis filiũ: metuens futurum iudiciũ: naui fugit in Cretã ad Minoem regem. Et propter inuestigabilem fugam aduolasse pẽnis existimatus est.
Idumea regio est ĩ Syria: q̃ a meridie contermina est arabiæ. A septentrione uero phœniciæ a qua Libanus eam diuidit. ha

betq; ciuitatem Idumen palmis abundantem. Vnde Luca-
nus .l.iii. Et arbusto palmarum diues Idume. Virgi. in. iii. georg.
Primus idumeas referam tibi Mantua palmas.
In ea sunt ciuitates Berzamina: Caparosa: Elusa: & Mapsa (ut
lib. v. scribit Ptolemæus.)
Ilba seu Ilua insula est in mari Tusco a continenti distans. x.
mil. passuum: generosa metallis. De qua Plynius refert hoc
esse mirum: q; in aliis regionibus effossis metallis terræ sũt ua
cuæ. Apud Ilbam sublata renascuntur: & rursum de iisdem
locis effodiuntur. De qua Vir. li. x.
Insula inexaustis calybum generosa metallis.
Illyris seu illyricum prouincia est Europæ: cui⁹ fines latissimi
sũt. A septẽtrionali plaga utraq; pannonia terminat᷑. Ab oc
casu istria. Ab ortu misia. A meridie hẽt partem Macedõiæ
& mare Adriaticũ. In ea (ut Ply. refert. li. iii.) populorum pauca
effatu digna: aut fœlicia noĩa. Illyrici latitudo q̃ maxima ẽ.
cccxxv. millia passuũ colligit. Longitudo a flumĩe Arsia ad
flumen Driniũ. dccc. M. pas. Illyrici ora multis ĩsulis frequẽ
tatur. Mare uadosum: & sinibus plenum. Vnde Virgilius.
Antenor potuit mediis elapsus achiuis.
Illyricos penetrare sinus.
Eius ciuitates insignes sunt: Aluona: Flauona: Enona: Iadera
colonia: Scardona: Salona: Epidaurus: nũc Ragusiũ: Aruc-
cia: Saluia: Sidrona: Blanona & complures aliæ (ut li. ii. refert
Ptolemæus.)
Inarime insula est in mari tusco sinuq; campano: ĩ qua mons
erat instar ætnæ incendia eructans. Quamobrem dixerunt
Typhoeum gigantem Iouis imperio sub illo comprimi. Vir
gilius. ix. ænei.
Tum sonitu prochyta alta tremit durumq; cubile.

Inarime Iouis imperiis imposta Typhoeo.
Plynius autem scribit ꝙ Inarime mons fuit qui terremotum passus alteram fudit insulam quæ prochyta ab effusione dicta est: sita in mari tusco. De Typhoeo diuersa poetæ senserunt. Nam Virgilius scribit a Ioue fulmine ictum: & sub inarime insula positum. Quod & Lucanus in.iiii. sentire uidetur.
Conditus inarimes æterna mole typhoeus.
Naso uero lib.v. Meta. sub trinacria positum.
Typhœum scribit.
Vasta giganteis iniecta est insula membris.
Trinacris: & magnis subiectum molibus urget.
Aethereas ausum superare typhoea sedes.
Nititur ille quidem: pugnatq; resurgere sæpe.
Dextra sed ausonio manus est subiecta peloro.
Leua pachyne tibi: lilybeo crura premuntur.
Degrauat ætna caput: sub qua resupinus harenas.
Eiectat flammamq; fero uomit ore typhoeus.
India prouincia est asiæ maioris in oriente sita: quæ ab indo flumine nomen assumpsit. Terra fertilis & uario genere hominum referta: quæ (teste Pomponio) tantum spatium littoris occupat: quantum per sexaginta dies noctesq; uelificãtibus cursus est. Tam pĩguis alicubi: & tam feracis soli: ut mella frondibus defluant: lanas siluæ ferant. Arundinũ singula internodia ueluti nauitas binos & ternos uehant. Alit formicas ad magnitudĩem canum q̃ more gryphoꝝ aurum custodiunt cũ summa pnicie attigẽtium: magnos gignit elephãtes: ĩmanesq; serpẽtes. Vrbiũ Nyssa est clarissima & maxĩa. Mõtiũ Meros Ioui sacer. Amniũ gãges & ĩdꝰq solũ post Nilũ crocodilos ꝓducit. Hæc Põpo. Gangem nasci dixerũt:

in scythicis montibus influere in eum.xix.amnes.Indus ĩ iu
go caucasi mõtis qđ uocat̃ popanisus aduersus solis ortum
effusus:& ipe uñ uiginti recipit ãnes(ut lib.vi.Ply.refert.) Iux
ta indũ fluuiũ(ut Ply.refert li.ii.)duo sũt mõtes. Alteri natu
ra ẽ:ut ferꝝ oẽ teneat:alteri ut respuat.Est ãt fauonii spiritu
saluberrima(ut Soli.tradit.)bis in anno æstatẽ habet bis legit
fruges.Tradũt in ea fuisse quĩqꝫ millia oppidoꝝ.Diu etiam
credita ẽ tertia ps esse terraꝝ,Hipanis ibi nobiliss mꝰ fluuius
q̃ Alexandri magni iter terminauit.Minima gangis latitudo
p octo millia passuum maxĩa per.xx.patet.Altitudo ubi ua-
dosissimus ẽ mensurã.c.pedũ deuorat.Gãgaridæ extimus ẽ
indiæ populus.Cuius rex eqtes mille elephãtos septingentos
peditum.lx.millia in paratu belli habet. Indoꝝ quidã agros
exercẽt militiã plurimi:merces alii:optimi ditissimiqꝫ.Rem
pu.curant reddũt iudicia:assident regibus.In gange insula ẽ
amplissima cõtinens gentem:quoꝝ rex peditum quinquagĩ
ta millia equitũ quattuor millia in armis habet Parsia gẽs ua
lidissima quos polybotros uocant(ut Ply.refert.li.vi.) Horũ
rex.lx.m.peditũ equitum.xxx.millia elephãtos.ix.millia om-
nibus diebus ad stipẽdium uocat.Pendea gens a fœminis re
gitur.Ad montem qui nilo dr̃(teste Soli.) habitant: quibus
auersæ plantæ sũt & octoni digiti in plantis singulis.Per di-
uersos indiæ montes sunt nationes capitibus caninis arma-
tæ unguibus ad sermonem humanum nulla uoce:sed latra-
tibus tantum sonantes. Apud clesiam legit̃:quasdam fœ-
minas ibi semel parere:natosqꝫ canos illico fieri.Esse rursum
gentem alteram: quæ in iuuenta sit cana: ingrescat in sene-
ctute quibus uita ultra æuum nostri temporis . Mono-
culos quoqꝫ ibi nasci tradunt: singulis cruribus & sin-
gulari pernicitate:qui a colore se defendunt plãtarum ma-

gnitudine. Gangis fontem qui accolunt: odore uiuunt po-
mo℞ siluestrium: longiusq; pgentibus eadem in præsidium
gerunt. Sũt qui ceruicibus carẽt: & in humeris habẽt oculos.
Sunt qui siluestres hirti corpa: caninis dentibus: stridore ter-
rifico. Sunt qui multas ducãt uxores: & cum maritus deces-
serit: q̃ officiosior cæteris iudicata fuerit: rogũ ascendit con-
iugis: & semetipsam supremis ei⁹ dat inferiis. Sunt illic mul-
tæ & mirabiles bestiæ: qua℞ Leucotrata uelocitate p̃cedit fe-
ras uniuersas: ipsa asini fere magnitudine: q̃ uoce loquentiũ
hoĩum sonos æmulatur. Manticora triplicẽ dentium ordinẽ
habet: faciem hoĩs: corpus leoninum: humanas carnes aui-
dissime affectat. Monoceros monstr℞ est mugitu horrido: eq
no corpe: capite ceruino: media in fronte cornu habet splen-
dore mirifico. Anguillas ad tricenos pedes lõgas educat Gã
ges. Indica maria balenas hñt ultra spatia quattuor iugerum
Sola ĩdia mittit Psittacũ auem. Mittit piper: gariphylõ & he
benum: ex quo pocula fiunt Nã quicquid maleficium fue-
rit: tactu eius auertit᷑. Mittit & calamos odoratos. Dat & mul
ta alia fragrãtia. Gignit Adamantẽ lapidem: Berillum: Cry
sopassũ Hiacynthũ Margaritas & alias gẽmas. Ebur quoq;
in ea copiose ĩuenit᷑. Ibi montes aureis uenis referti: quos ne
effodiant᷑: dracones gryphesq; custodiunt. In ea regione (ut
Plynius tradit li. vii.) arbores tantæ proceritatis sunt: ut sagit
tis superari neq̃ant. Hæc facit ubertas soli: temperies cœli: aq̃-
rum abundantia. Si libeat credere ut sub una ficu turmæ cõ
dantur equitũ, Multos ibi quina cubita constat lõgitudine
excedere, Non expuere: non capitis: nõ dentium aut oculo℞
ullo dolore affici: tã moderato solis uapore durari. In ea est
mons Caucasus ex eo latere quo ad septẽtrionem est conter
mina Scythiæ (ut Ply. refert, li. vi.) Hũc dixit Herodotus. lib.

histo.i.est omnium montium altissimum: qui ab eois surgit littoribus. Deĩde inter ægyptiũ & pamphilicum pelag⁹ obiectus: septẽtrioni dextero latere leuo meridianæ plagæ occurrit. Sed pro gẽtium ac uarietate linguaꝝ plurifariam noĩat᷑. Apud Indos Ima⁹ apđ parthos paropanysus: ĩde taur⁹. Vbi ĩ excellẽtissimã sublimitatẽ cõsurgit caucasus aliisq; noĩb⁹.

Infern⁹ quem alii terraꝝ: qui cõturbationem significat quia illic oĩa perturbata dñr. Alii stygem q̃ tristitiam ĩterpretatur. Alii herebũ & orcum dicunt: locus est in medio terræ: esseq; eo tricies cẽtena ducenta & q̃dragintaquinq; millia ꝑ dixerunt. Ply. uero. li. ii. refert inuentam fuisse epistolam in sepulchro Dionysiodori geometræ peruenisse eum a sepulchro ad mediũ terræ esseq; ad eum locum stadioꝝ. xlii. millia. Inferorum imperium Plutoni Saturni filio datum finxere poetæ: cuius aspectum terribilem dixerunt. Vnde Statius.

Forte sedens media regni infelicis in arce.
Dux herebi populos poscebat crimina uitæ.
Nil hominum miserans: iratusq; omnibus umbris.

Virgi. autem. vi. æneí. Apud inferos nocentum explorare culpas. dixit Rhadamantum Iouis filium: qui fuit rex Lyciæ uir seuerus & iusticiæ executor.

Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna.
Castigatq; auditq; dolos: subigitq; fateri.
Quæ quis apud superos furto lætatus inani.
Distulit in seram commissa piacula mortem.

Eodemq; libro mala quæ sunt in ĩferno de sctipsit his uerbis.

Primisq; in faucibus orci.
Luctus & ultrices posuere cubilia curæ.
Pallentesq; habitant morbi: tristisq; senectus.
Et metus: & male suada fames: ac turpis egestas.

Terribiles uiſu formæ lætumq; laboſq;.
Tum conſanguineus leti ſopor & mala mentis.
Gaudia mortiferumq; aduerſo in limine bellum.
Ferreiq; eumenidum thalami: & diſcordia demens.
Vipereum crinem uittis innexa cruentis.

In hoc loco dãnantur qui ſe uoluptatib⁹ corporis: rebuſq; terrenis addiderũt: ac uitiorꝝ labibus inqnauerunt: ꝓinde ab oĩpotenti deo æterno igne uariiſq; pœnarꝝ gñibus cruciantur. Theologi uero inferna q̃ttuor eſſe dixerunt. Vnũ in cẽtro terræ: in quo dãnati ſenſibilem pœnam patiunt᷑: & grã ac uiſione diuina priuant᷑. Alterꝝ ſup hunc eſſe uoluerunt: ubi animæ puerorꝝ qui undam non percepere baptiſmi: carẽt grã & diuina uiſione: ſed pœnã ſenſibilem minime patiunt᷑. Quẽ locũ puerorꝝ limbũ uocauerũt. Sup hũc tertium poſuere: ubi pœnã aĩe ſentiũt: ſed grã diuina non ꝑuant᷑ quod purgatoriũ appellãt. q̃rtus oĩb⁹ ſupior: ĩ quo nulla extat pœna: & limbũ ſcõrꝝ patrꝝ uocari maluerũt. In hũc ſolũ Xp̃m deſcẽdiſſe: & ſcõs p̃res ibi exiſtentes ab inferis adduxiſſe prodiderunt.

Inſubres populi fuerũt Galliæ Ciſalpinæ: qbus Cygnus ſtelenei Regis fili⁹ prĩus oĩum ĩperaſſe dr̃: q ea in regione iuxta lacum maiorẽ: quẽ Verbanũ appellant. Seꝑum oppidum condidit, Hic aũt Cygnus poſt interitũ Phætontis quem ardenter amabat ex longo ploratu in cygnũ auem candidiſſimam (ut poetæ finxerũt) conuerſus eſt. Eius regiõis ciuitates ſunt Mediolanum: Papiã: Lauda: Nouaria. Vercellæ: & Comũ: quam urbẽ incumbentes Rheti uaſtauerãt (ut. lib. v. Strabo refert.) Sed Pompeius Strabo Pompei Magni pater colonos in ea reſtituit. Inde nouum Comum appellata eſt. In cuius agro larius eſt lacus: qui amnem Ticinum emittit: ſicut Benacus in agro Veronenſi Mincium amnem eiicit.

onia regio est asiæ minoris: media inter Cariam & æoliam: ab Ionio atheniensiũ duce cognominata: q eam regionem subegit: uel ab Iano Iaphet filio (ut li. i. ãtiqtatis iudæorũ Iosephus auctor est.) In ea Miletũ urbs quondam Ioniæ totius belli pacisq; artibus caput & princeps (ut Pomponius refert.) Taletis astrologi patria. Thimothei musici & Anaximãdri physici: & pittaci philosophi: aliorũq; ciuium: inclytis ĩgeniis merito ĩclyta. Ibi Latmius mons Endymionis a Luna (ut ferunt) adamati fabula nobilis. De quo. ii. tusculanarum scribit Ci. cũ super Latmio mõte obdormisset a Luna deosculatus ẽ. Vnde Oui. iii. de arte.

Latmius Endymion non est tibi luna pudori.

Sed Ply. li. ii. natu. hist. figmentũ omne enodauit. Nam prĩus hominũ Endymion lunæ cursũ naturamq; deprehendit: & ob id amore eius captus fama traditur. Ibi Prienis urbs: Biantis philosophi patria. Ibi Ephesus urbs præclara: q̃ Parrhasiũ: & Apellem pictores celeberrimos genuit. Et Clazomena urbs: ex q̃ Anaxagoras philosophus præstantissimus originem duxit. Meander fluuius nobilissimus inter ioniam: & Cariam defluit.

Issa insula est in mari adriatico adiacens dalmatiæ (ut li. ii. refert Ptole.) In qua est ciuitas eiusdem nominis.

Isauria regio est asiæ minoris sic dicta: quia undiq; aurarũ flatibus pateat. Metropolĩ habet Seleuciam a Seleuco conditã.

Israel regio est asiæ maioris Samariæ cõtermina ab Israel filio Ysaac sic cognominata (ut Isidorus refert. li. ix.) Israelitæ. n. prius hebræi uocati sũt. Patriarcham uero hebræorũ fuisse israel sacræ litteræ tradũt. A quo. xii. iudæorũ tribus Israelis uocabulũ sortitæ sũt. Nam iudæi primũ hebræi siue israelitæ nũcupabantur. Sed postq̃ in duo regna populus hebræorũ diui-

ſus eſt:tunc duæ tribus quæ de ſtirpe Iuda reges habebant. Iudæorum nomen ſortitæ ſunt. Reliquæ decem tribus priſtinum iſraelis nomen tenuerunt.

Iſthmos eſt ea pars terræ anguſta: quæ inter duo maria cõcluſa iter ad Cheroneſum porrigit: de quo Ouidius in epiſtolis heroidum.

Aequora bina ſuis oppugnant fluctibus iſthmon.
Et tenuis tellus audit utrumq; mare.

Et lucanus in primo. Gracilis mare ſæparat iſthmos Inter cæteros autem duo celebres deſcribuntur. Thracius ſuper quo (ut Pomponius refert lib.ii.)& Plynius.li.iiii. Cardia ciuitas fuit. Achaicus de quo Pomponius teſtatur: hoc ideo iſthmo cognomen eſſe quia quattuor millium ſpatio ægæũ mare ab ionio ſubmouens anguſto tramite helladi peloponeſum annectit. In eo eſt oppidum Chencerea: fanum Neptũni: Corinthus olim clara opibus: nunc romana colonia: ex ſumma ipſius arce maria utraq; contuens.

Iſtria regio eſt italiæ illyrico cõtermina: q̃ in latitudine. cccc'. millia paſſuum. in circuitu. cxxv. millia complectitur: a Formione nunc Tiſano fluuio ad fanatium ſinum: quem nũc Carnarium appellant: in quo Arſia amnis decurrens iſtriã ab illyrio diſterminat. Iuſtinus autem lib.xxxii. de iſtria hæc ſcribit. iſtrioꝝ gentem fama eſt originem a Colchis ducere: miſſis ab Oeta Rege: ad Argonautas raptoreſq; filiæ perſequendos qui ut a ponto intrauerunt iſtrum: alueo Sabii fluminis penitus inuecti ueſtigia argonautarum inſequentes: naues ſuas humeris per iuga montium uſq; ad littus adriatici maris tranſtulerunt: cognitio ꝙ argonautæ idem propter lõgitudinem nauis priores feciſſent. Quos ut aduectos Colchi non reperiunt: ſiue metu regis: ſiue tedio lõgæ nauigatio

nis : iuxta Aquileiam consedere. Istriq; ex uocabulo amnis: quo a mari concesserant appellati Vrbes eius clariores. iusti-nopolis: quam iustinus imperator ædificauit. Pauli Verge-rii patria iurisconsulti & philosophi præstantissimi: ac inter primos oratores eloquentissimi. insula oppidum distãs a iu-stinopoli quinq; millia passus. Et post tantũdem Pyranum oppidum nobile. Deinde Humagum oppidum a quo quin q; millia passus abest Hemonia: quæ nunc ciuitas noua ap-pellatnr. Prope eam Nauporti sunt hostia fluminis quieti nunc appellati: inter Hemoniam alpesq; exorientis: in quem Argo nauim tradunt fuisse demissam. Nam (ut plynius re-fert lib. iii.) Argo nauis flumine in mare adriaticum descen-dit: nec procul Tergeste. Nec iam constat quo flumine. Hu-meris trauectam alpes diligentiores tradunt. Subiisse autem istro: dein Sao. Dein Nauporto: cui ex ea causa nomen ẽ. De quo Strabo lib. v. Neq; uero omittendum uidetur ꝙ quidã scriptores pro uero tradunt. Argonautas per istrum nauigã-tes: atq; ad eius fontes delatos: postea ad sinum adriaticum peruenisse. Post Nauportum prima est Parẽtium ciuitas ue tusta. Deinde Ruuignum oppidum. Post illud urbs Pola: Romana colonia: a Colchis (ut Stra. refert) condita istriæ ac italiæ urbium postrema. Hæc r̃gio optimi uini ferax: oleo ac fructibus omnis generis abundat. Stridon oppidum nunc Sdrigna uocatum in agro iustinopolitano situm est. A quo gloriosissimus ecclesiæ Dei doctor Hieronymus originẽ du xit: ut tantum uirum constet: non alienigenam : sed in italia natum fuisse: quod uerba sua de seipso scripta in libro de ui ris illustribus certissimum efficiunt. Hieronymus præsby-ter patre natus Eusebio ex oppido Stridonis: quod a gottis euersum dalmatiæ quondam pannoniæq; confinium fu-

it. Si qui uero pertinaces contenderint beatum Hieronymū ideo illyricum fuisse: q͏̄ eius gentis idiomate usus sit: respondemus illis. Maiorem atq; nobiliorem italiæ esse partem calabriam q̄ sit istria: qua in regione semper uiguit & nunc quoq; uiget græcæ linguæ usus. Pari modo apud Vicentiam & Veronam præclaras elegantissimasq; moribus italiæ urbes: multi sunt uici: multa oppida: quorum incolæ theutonica frequentius q̄ itala locutione utuntur.

Ithaca insula est ante Epirum sita: Vlyssis dominio illustris. ī qua est ciuitas eiusdem nominis (ut libro. iii. refert Ptolemæus) Est & mons Neritos: a quo tota insula nōnunquā Neritos appellata fuit. Vnde Virgilius. iii. æneí. Neritos ardua saxis.

ITALIA prouincia est europæ: & omnium totius orbis celeberrima: numine diuino electa: quæ orbem ipsum clariorem faceret: sparsa congregaret imperia: ritusq; molliret: humanitatem mortalibus daret cunctarumq; gentium patria fieret. ibi locorum salubritas: ac cœli temperies: ubertas soli: aprica collium: opaca nemorum: tam munifica siluarum genera: innoxii saltus tāta frugum: uitiumq; olearumq;: fertilitas: amicti uitibus montes: atq; ut ueteres dixere: summum Liberi patris cum Cerere certamen. Hic falerni: massici: gaurani: surentiniq; montes uinetis atque fructetis amœnissimi. Hinc bellatores equi: nobilia pecori uellera: tam opima tauris colla: tot amnes: locus tanti: tot maria: ac nobiles portus: oreq; patentibus terrarum gremiis cōmercio orbis accommodatæ. Ad hæc auri & argenti omniumq; metallorum uenæ fertilissimæ. Tot calidi fontes diuersis ægritudinibus remedium salutare præstantes. Tot urbes egregiæ. Tam clarum decus ueterum oppido

rum:quæ primum græci:postremo uictores romani condiderunt. Neq; uirtute moribusq; excellétes uiros commemoro:aut ingenio & armis superatas gentes:ipsi ea de re iudicauere græci:galli:pœni:atq; hispani totiens uicti ac penitus subacti. Quas ob res.

Omnibus in terris quæ sunt a gadibus usq; Auroram & gangem:italia æquo iure præferéda est. Nam si priscos in illa reges commemores illustrata est Saturno:ianoq; regib⁹. Quorum alter Vir summe iustitiæ fuit:alter pater & deorum deus appellatus est. Quem ob magnitudinem sapientiæ bifrõtem esse dixerunt. in re militari semper adeo præpotens italia fuit:ut nullo unq̃ tempore sine splendido imperio extiterit. Hæc pro temporum diuersitate uarium quoq; sortita est nomen: Nam prius quidem dicta est Hesperia ab Hespero Atlantis fratre:uel(ut Macrobio placet)ab hespero stella q̧ occasui subiecta sit. De hinc Oenotria dicta fuit ab Oenotro Sabinorum Rege. Post italia ab italo Siculorum Rege. Vnde Virgilius.i. æneidos.

Est locus, hesperiam graii cognomine dicunt.
Terra antiqua:potens armis:atq; ubere glebæ.
Oenotrii coluere uiri. nunc fama minores.
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Est & italiæ pars latium. sic dictum a Latino Rege(ut Varroni placet)uel a latendo(ut Virgilius.ix.ænei scribit)cum Euãdrum Aeneæ loquentem induceret.

Primus ab æthereo uenit saturnus olympo.
Arma iouis fugiens:& regnis exul ademptis.
Is genus indocile:& dispersum montibus altis.
Composuit:legesq; dedit:latiumq; uocari.
Maluit:his quoniam latuisset tutus in oris.

Idem sensit Ouidius libro fastorum primo.
Dicta quoq; est latium terra latente deo.
Rursum hæc omnis ora nonunq̃ Ausonia dicta fuit ab Ausonio Vlyssis filio. Vnde Virgi.viii.æneí.
Tum manus ausoniæ & gentes uenere sicanæ.
Sæpius & nomen posuit saturnia tellus.
Iustinus autem scribit italiæ cultores primos Aborigines fuisse: quorum rex Saturnus uir summe iustitiæ fuit: unde italia Regis nomine Saturnia appellata fuit Est autem querno folio assimilis: proceritate amplior q̃ latitudine: quæ mari gemino maxima parte clauditur. Ab oriente enim adriatico siue supero. A meridie atq; occasu tyrrheno siue infero in modum penininsulæ cingitur Ad septentrionem uero montes habet continuos, qui inter utrumq; mare extensi mirabili altitudine a mediterranea regione illam communiunt. Hi mõtes lingua gallica alpes uocantur: quasi albæ: quia perpetuis fere niuibus albescunt. Apeninus autem mons paulo supra inferum mare ab alpibus oritur: qui per mediam ferme italiam in Siculum fretum discurrit usq; ad oppidum Rhegium. in ultimo sui in duo cornua scinditur: quorum alterum ionium spectat mare: alterum Siculum. in medio sinus Tarrentinus. Ea quondam ora magna græcia nuncupata fuit. Planiciem uero inter apeninum & alpes positam secat Padus fluuius italiæ celeberrimus, ingenti aquarum multitudine in adriaticum mare decurrens. Verum italiæ longitudo ab alpino fine prætoriæ augustæ per urbem Capuam ad oppidum Rhegium (ut Plynius tradit) decies centena & .xx. millia passuum colligit. Latitudo eius a Varro ad Arsiam quadringenta. x. Vniuersæ autem ambitus tricies centena. lviii. millia complectitur. Vmbilicum eius in agro esse reati-

no Varro auctor eſt.

Italia: ut ferunt: in ſex & decem regiones ſine īſulis eſt diuiſa. Suntq; Liguria: Etruria: Latium: Campania: nunc terra laboris. Lucania: nunc principatus. Brutii. Calabria: Iapygia ſiue Daunia nunc Apulia. Samnium nunc Aprucium. Picenum: nunc Marchia anconitana. Flaminia & Emilia. nūc Romandiola. Vmbria: nunc ducatus ſpoletanus: Gallia ciſalpina: nunc LOMBARDIA. VENETIA: nunc Marchia Taruiſana. Iapidia & Carnia nūc Forumiulium. Iſtria. Italiæ ciuitates inſignes. In latio urbs Roma terrarum caput In campania Neapolis. In etruria Florentia, In gallia ciſalpina Mediolāum. In liguria Genua. In VENETIA urbs Venetiarum.

Hæc eſt Italia Diis ſacra: quæ (teſte Plynio lib. iii.) L. Aemilio Paulo. C. Statilio Regulo conſulibus: nunciato gallico tumultu, ſola ſine externis ullis auxiliis atq; etiam ſine traſpadanis: Equitum octogīta millia: peditum ſeptingenta millia armauit.

Iudæa prouincia eſt aſiæ: quæ ab oriente atq; meridie Arabia terminatur: a ſeptentrione Syria hanc Ptolemæus paleſtinā ſyrie appellat: in qua eſt Galilea: Idumæa: Phœnice: Iordanis fluuius: Cæſarea ſtratonis Apollonia: Ioppa: Azotus: Aſcalon: Lacus aſphaltides: Lacus tyberiadis: Gaza: Emaus: Engada: Samaria: Mons libanus: Pentapolis quæ igne cōſūpta eſt: & hieroſolyma clariſſima urbiū orientis (ut Plynius tradit.) In hieroſolyma eſt mons Syon qui ſpecula interpratatur. Erat enim in ſummitate eius arx conſtructa ad defenſionem ciuitatis: quæ de longe uenientes facile cernebat. (Vt autem Iuſtinus refert libro. xxxvi.) Iudæorum uires tātæ fuere: ut poſt Demetrium nullum macedonum regem tulerint:

domesticisq; imperiis usi Syriam magnis bellis infestauerit. Näq; iudæis origo damascena: quæ Syriæ nobilissima ciuitas est. Mos fuit apud Iudæos: ut eosdem & reges & sacerdotes haberent: quorum iustitia religione permixta: incredibile quantum coaluere. Opes genti ex uectigalibus opobalsami creuere: quod in his tantum regionibus gignitur. Est namq; uallis, quæ continuis montibus uelut muro quodam istar hortorum clauditur. Spatium loci ducenta millia iugera: nomine Hierico dicitur. In ea silua est & ubertate & amœnitate insignis. Si quidem palmeto & opobalsamo distinguitur. Et arbores opobalsami formam similem piceis arborib⁹ habent: nisi q̃ sunt humiles magis & in uinearum more excoluntur. In ea regione lacus est qui propter magnitudinem & aquæ immobilitatem mortuum mare dicitur nec materiam ullam sustinet: nisi quæ a lumine illustratur. Iudæa (teste Soli.) illustris est aquis. Iordanis amnis eximiæ suauitatis: Panea de fonte demissus regiones præterfluit amœnissimas. (Ut autem scribit Diuus Hiero. super Matthæum) Iordanis fluuius ad radices oritur libani duobusq; fontibus surgit alteri nomen ior: alteri dan: qui simul iuncti iordanis nomen efficiunt. Lacus tyberiadis omnibus anteponitur ad sanitatem usu efficaci. In hac tantum balsamus nascitur. Similes uitibus stirpes habent malleolis digeruntur: aquis gaudent amant amputari. Iudæa ex nomine iudæ appellata est (ut Isidoro placet) hæc est palestina regio quæ prius Canaam dicta est a filio Cham. Terra est opum diues: frugibus fertilis: opima balsamis. unde ob singularem aeris temperiem & elementorum gratiam existimauerunt iudæi eã promissam patribus terrã lacte & melle fluentem. in ea Salomõ regnauit ãnis. xl. uir oĩum sapiẽtissimus

qui templum toto orbe celeberrimum hierosolymis extruxit ex lapide albo & polito mirifica arte constructum: interius exteriusq; laminis aureis ornatũ: cuius pauimentum precioso marmore sterni fecit. Altare quoq; æneum longitudinis cubitorum. xx. ĩ eo erexit. Vasaq; omnia ad diuinum cultum spectantia aurea esse uoluit. Longitudinem templi. lx. cubitorum prodiderunt latitudinem. xx. Altitudinem. cxx. in quo arcam domini & tabulas duas testamenti, urnamq; manna plenam & uirgam Aaron summa cum ueneratione ingentiq; hostiarum pompa: omni populo astante collocauit. Regiã quoq; sibi & quidem superbissimam prope templum ædificauit aliisq; innumeris ædificiis tam publicis q̃ priuatis urbem ipsam exornauit: quam postea romani principes. Vespasianus & Titus penitus euerterunt. Et (ut Iosephus refert.) c. millia captiuorum uendita fuerunt: & undecies centena millia fame & gladio perierunt. Vt autem tanta multitudo hierosolymæ reperiretur: causa azimorum fuisse refert. Nam ex omni iudea ad eam urbem confluxerunt.

L



Aconia regio est in peloponeso: quæ & Oebalia dicta fuit. Vnde Statius in Achilleide.

Soluerat œbalio classem de littore pastor.

Dardanus. in ea fuit Amycla ciuitas Castoris & pollucis patria. ibi Eurotas fluuius qui urbem lacedæmona præterfluit: cuius lauro abundant: ideo illum poetæ Apollini sacratum dixere: de quo Virgilius in Sileno.

Omnia quæ phœbo quõdam meditante beatus.

Audiit eurotas iussitq; ediscere lauros.

Fuit autem lacedæmonia siue lacedæmon urbs laconiæ a lacedæmone iouis filio condita. Hæc eadem alio nomīe Sparta nuncupatur: Ipsa autem regio nonnunquam lacedæmonia dicta fuit.

Lapithæ fuerūt in thessalia alpestres populi: qui bella cum cētauris gessere. De quibus Virgili. ii. geor.

Et magnum ileum lapithis cratere minātem.

Larodii populi fuerunt in scythia asiæ: ut lib. iiii. scri. Hero.

Latiū regio est clarissima italiæ: cui⁹ fines ab hostiis Tyberinus ad sitanum sinum. Est. n. media inter Etruriam & Campaniam nobilissimis populis & ciuitatibus ornata. Est autem gloriosum hominum genus (ut Dionysio placet) soliq; ubertate ac ingeniorum excellentia fœcundum. Qua in regione per medium decurrens tyberis appropinquo tandem mari placidissimo sinu apud hostiam excipitur. Fluuius quidem cæterorum omnium princeps & imperator qui clarissimam illam & præpotentem intersecat Romam nostro℞ regum domicilium atq; oīum alia℞ regiōum caput a Romulo condita anno mūdi. iiii. m. ccccxl. ut Euse. de tpibus refert xii. mi. pa. mari ꝓxima. Cuius olim magnitudinem ac tectorum altitudinem siqs percenseat. nullius urbis amplitudinē in toto orbe potuisse ei cōparari fatebitur. Iā uero florentissimas opes maximū nobilitatis nume℞: amplissimam senatus maiestatem nauiū multitudinē: tot instructas paratasq; classes: īgētes exercit⁹, res terra mariq; gestas, prælia: uictorias & triūphos quo tandē narrari debet opere? Ita. n. late per orbē terra℞ arma circūtulit: ut qui res ei⁹ legunt: non unius populi, sed gnīs humani facta discant. Hæc est q̄ genuit Fabios: Scipiōes: Metellos: Lucullos Scillā: Mariū: Marcellū: Pompe

ium:& ipsum deniq; Cæsarem cuius in re militari uirtus & gloria ad cælum usq; perfloruit. Hæc illa urbs est: quæ tot ex cellentes īgenio uiros ædidit: quales Varrōem, Tullium, Ca tonem: Salustium, Hortensium, Graccum, Mar. Antoniū & cæteros quos enumerari, infiniti pene laboris esset. Hæc tā dem illa est: quæ perdomito orbe terrarum ad id summi cul minis fastigium peruenit: ut omnium populoꝝ regna: omni um gentiū imperia magnitudine: potentia. uirtute: gloria su/ perauerit. in ea quoq; regione est Ardea ciuitas a Danae psei matre condita: quæ Leonē secundū Romanū pontificē ge/ nuit Terracina antea Trachina idest aspa uocata. Cui obie/ cta palus ingens est (ut libro. v. Strabo auctor est) mari adiun gitur. Fundana ciuitas decimo a Terracina milliario distat. Sothero pontifice Romano ornata: Caieta urbs a nutrice Aeneæ dicta. sicut uirgilius sexti principio cecinit.

Tu quoq; littoribus nostris æneia nutrix.
Aeternam moriens famā Caieta dedisti.

Est autem urbs portu arceq; munitissima: uitibus citris malis aureis amœnissima. Velitre ciuitas uetusta. xx. ab urbe milia rio distans. A qua Cæsaris augusti progenitores originē du/ xerunt: quintoq; ab ea miliario est uetustissimi nominis op/ pidum: Chora ab uno trium fratrum cōditum: quorum al/ ter Tibur ædificauit: alter Catillo cognomen dedit. Vn̄ Vir gilius in septimo.

Tum gemini fratres tyburtia mœnia linquunt.
Fratris tiburti dictam cognomine gentem.
Catillusq; acerq; Choras argiua iuuentus.

Preneste urbs a græcis condita: quæ (ut Strabo refert lib. quin/ to) habuit fortunæ templum illustre: Vnde certa ædebantur oracula. Est autem sita in montana regione. Tusculum ciui/

tas olim egregiis ornamentis insignis. Eam uineta coronant: tectaq; magnifica.

Teanum quod Sidicinum uocant: maxima quondam inter latinas urbes. Calœnum urbs in primis eximia. Setia urbs uetusta arduo in colle sita: praeciosissimi uini ferax Nam (ut Plynius refert li.xiiii.) diuus Augustus uinum setinum prætulit cunctis. Priuernum ciuitas olim insignis: cuius alumna fuit CAMILLA uirgo. Alba ciuitas.xvi.ab urbe lapide: trecentis annis ante Romam ab Ascanio condita De qua Virgilius in.viii. Ascanius clari condet cognominis albam. Anania ciuitas in hernicis uetustissima: de qua Virgilius.

Hernica saxa colunt: quos diues anania pascit.

Ea urbs Innocētio.iii.& Bonifacio.viii. ciuibus decoratur. Tybur ciuitas multo ante Romam a græcis condita Vnde decima Sibylla dicta tyburtina originem duxit cuius consilio (ut multi prodiderunt) Cæsar Augustus christum adorauit in circulo fulgentissimo a uirgine inter ulnas detentum. In eius libris scriptum inuenitur. Nascetur christus in Bethleem: & annunciabitur in Nazareth. O fœlix illa mater: cuius ubera illum lactabūt. In agro tyburtino (ut Strabo refert lib. v.) mira est fructuum abundantia: præter lapidis effossiōes: qui tiburtinus dicitur. Quinquagintatres populos in hac regione īteriisse (Plynius auctor est.) In ea Circeus mons: & Pōtina palus. Fuerunt Marsi populi: & Marubia urbs. Fuerunt Amyclæ: qui a serpetibus deleti sunt. Ausones populi a quibus mare ausonium. Phormiæ urbs amœnissimi situs: ī qua Cicero phormianam habuit uillam: & complures aliæ: quæ nunc dirutæ iacent.

Lauce insula est in ponto: boristenis hostio obiecta. Et ꝙ ibi Achilles situs est: achillea cognominata.

Leleges populi sunt in græcia: quos alio nomine thessalos uocant: qui cæteris græciæ populis olim præstare uidebant. Herodotus uero lib. histo. i. hos dixit maritimos fuisse populos qui postea Cares appellati sunt.

Lēnos insula est in ægæo mari: in quam iuno Vulcanum filium: cum eum turpem peperisse cōspiceret: e cælo deiecit. ibiq; (ut scribit Seruius in buco.) a simiis nutritus fuit: uel potius a Sinthiis populis: ut pleriq; uoluerūt. Hic postea cū deorum faber effectus esset ab ætna ad hanc insulam refocilatōnis causa uenire solebat. Vnde Statius. lib. v. thebaidos.

Lemnius ignifera fessus respirat ab ætna.

Vestit athos nemorumq; obscurat imagine pontum. Athos mons est altissimus macedonie a lēno sex &. lxxx. m. pa. distans: q (ut historici attestantur) ad eam usq; insulam umbrā iacit. Quod inter miracula notauerunt. Est autem adeo sublimis (teste Solino) q altior æstimatur q̄ unde imbres cadunt. In aris. n. quas in cacumine sustinet nunq̄ cineres eluuntur: nec quicquam ex aggeribus suis perdūt.

Lerna regiuncula quædam est in Archadia a Lerno rege cognominata. In qua lerna palus ubi fuit hydra quinquaginta capitum ab Hercule interfecta.

Lesbos insula est in mari ægæo: non longe ab hellesponto: (ut scribit Pto.) alio nomine Mitylene cognominata. in ea quinq; olim oppida fuerunt: quæ Pompo. enumerat. Antisa: Pyra: Cresos ciraua: Mitylenes: quam Ser. Methymnam uocat: quæ habent preciosissimum uinum. De qua Virgilius. ii. georgi.

Non eadem arboribus pendet uindemia nostris.
Quam methymneo carpit de palmite lesbos.

Lestorū regio est Indiæ extra gangem cuius incolæ siluestres

esse dicuntur:& in specubus habitare:& pellem habere simi lem Hippotamis:quæ sagittis minime traiici potest. Sunt in ea galli gallinacei barbati:& corui:& psitaci albi.

Lestrigões fuerunt populi feritate famosi:in extrema ora italiæ uersus Siciliam. Ad quos (teste Homero) cum Vlysses diuerteret:illosq; aduersos experiretur:unica perdita naue diffugiens peruenit ad Circem: Hos (ut scribit Aulus Ge. lib. xv. noctium atticarum) prudẽtia: uirtute:uiribus præstantissimos iouis filios poete appellarũt ut Aeacum & Minoa & Serpedona:ferocissimos & immanes:& alienos ab omni humanitate.

Leucas insula est (ut scribit Pomponius) contra Ambracium sinum posita:iuxta Epirum memorabilis uictoria Augusti contra. M. Anto. & Cleopatram. Eadem olim fuit continenti coniuncta (ut lib. xv. meta. Oui. scribit.)

Leucada continuam ueteres habuere coloni.

Nunc freta circueũt. Est etiam Leucas oppidum percelebre in Acarnania Epiri regione.

Leucosia insula est in mari tyrrheno lucaniæ adiacens (ut lib. vi. auctor est Strabo) paruum ad continentem habens cursũ nomen e Sirenum una sortita quæ hoc in loco iniecta periit: cum in profundum:ut fabulæ tradunt:sese abiecisset.

Liburnia pars est illyrici (ut lib. secundo refert Ptolemæus:) istriæ contermina. in ea populi sunt laciniẽses: Scultini: Brunistæ: Orbonenses (ut lib. iii. Plynius tradit.)

Libya seu libye prouincia est in Aphrica a Libya filia Epaphi Iouis filii sic nuncupata. Cui ab Oriente: Marmarica: ab occasu Syrtes: a Septentrione mare libycum a meridie æthiopia (Vt autem scribit Iosephus lib. primo antiquitatis iudæorum) Phut filius Cham Libyam instituit. Phutos a se uocãs.

Est autem fluuius in Mauritania: qui isto nomine nuncupatur. Nõnunquam pro tota regione accipitur. Et tunc (teste Solino.) Ab Atlante mauritaniæ monte incipit: & usq; ad canopum Nili hostium panditur. Libyæ ciuitates insignes (ut libro quarto refert Ptolemæus) sunt Arzita nigra: metropolis. Garamani & ipsa Metropolis: Salathos: Bagaza: Babila: Tagana. Magura & Garamantes. (Vt autem scribit Plynius libro quinto) eam incolunt Marmarides: Adirmachidæ Mareotæ. Amnes clari. Nigires Cyniphis. Ea in regione natam ferunt Sibyllam secundam: cuius meminit Euripides: quæ in hunc modum de Christo uaticinata est. in manus iniquas ueniet dabunt deo alapas manibus incestis miserabilis: & ingnominiosus miserabilibus spem præbebit.

Lycaonia pars est Archadiæ quæ in peloponeso sita est a lycaone rege Archadiæ Titani & Terræ filio cognominata. Qui cum solitus esset hospites necare: & Iouem similiter hospitio susceptum necare uellet: in lupum a ioue mutatur. Fuitq; pater Calistonis: quæ in arcton commutata cælo locata fuit. Vnde Virgilius. i. georgi. claráq; Lycaonis arcton. Et Oui. de tristibus.

Quæq; Lycaonio terra sub axe iacet.

Sunt etiam Lycaones populi in Asia minori prope Lyciam (ut libro quinto refert Ptolemæus) sagittandi usu peritissimi.

Lycia prouincia est minori Asia: inter pamphiliam: & Cariam sita a Lyco rege Pandionis filio cognominata: (ut Pomponius refert) Quæ (ut scribit Herodotus. lib. i.) termile primum dicebatur. In ea patera urbs: quam nobilem facit delubrum Apollinis: quondam opibus & oraculi fide Del-

phico simile.in eo siquidem sex mensibus anni responsa dabantur in reliquo temporis apud Delon. Ibi xanthus flumen & mons Chimera: qui flammam ad modum ætnæ in Sicilia eructare uidetur.

Quem antiquitas fabulata est monstrum esse Chimere. Eam tria habere capita dixit: unum Leonis: aliud ipsius Chimæræ: & aliud draconis. Et anterius quidem leonem: posterius uero draconem: in medio autem capram esse poetæ finxerunt. Vnde Ouidius meta.x.

Quoq; chimæra iugo mediis in partibus hircum.
Pectus & ora leæ caudam serpentis habebat.

Quod monstrum per singula capita terribiles flammarū globos eructabat. De quo Virgilius.vi.æneí. Flammisq; armata chimæra.

Lycia quōdam regnū fuit Rhadamāti iouis filii ex Europa: q profecto tantæ seueritatis & iusticiæ executor fuit: ut poetæ fingant illum apud inferos nocentū explorare culpas. De quo.vi.ænei. Virgilius.meminit.idem quoq; primus omnium leges instituit (ut libro.vii. Plynius refert.)

Lydia regio est in minori asia: quā Meandrus & Pactolus amnes celebrem faciunt: cū aureas ducant arenas. Hæc a Lydo Atys filio & Tyrrheni frē Lydia dicta fuit q̄ pri⁹ Mæonia dicebat᷑ Nam cū ob regni sterilitatē & famem fratres se simul ferre nō possent Tyrrhenus sorte iacta discedens: cū ingenti multitudine ad Italiā ueniens eā tenuit partem: q̄ ad mare īferꝶ uersa est: & a se Tyrrheniā nominauit. Lydus uero remanens Mæoniam de suo nomīe lydiam uocari maluit. in qua sunt urbes Ephesus: Colophon: Clazomene & Phocea. (Vt autem scribit Iosephus libro primo antiquitatis iudæorum) Luth nepos Noe a se luthos noīauit: qui nūc lydi uocantur.

Liguria regio eſt italiæ a Lygiſto Phaetontis filio ſic nuncupa ta. Quæ a Varo flumine ad Macræ amnis hoſtia longitudinem habet. Et hinc apēino: inde mari infero clauditur. Pars inferi maris adiacens liguriæ liguſticum pelagus appellatur. Varus autem fluuius eſt grandis ex alpibus fluens ultra Niceam oppidum liguriæ: a Maſſilienſibus conditum. Liguſticum mare (teſte Solino) coralium procreat: quod typhonibꝰ & fulminibus reſiſtit. Huius regionis caput eſt Genua urbs clariſſima: totius liguſtici ſinus emporium: portu inſignis: q mole ingenti obiecta fluctibus hoſtia in aphricum pandit: ædibuſq; ſuperbiſſimis ornata, quæ naualis belli peritia: ac reliquis in omni genere ornamentis cæteras Italiæ maritimas urbes quondam facile ſuperauit. Eam tradunt a Genuo Saturni filio conditam & cognominatam fuiſſe. Alii a Genuino uno ex Phaetontis ſocio. Nonnulli a iano italorum Rege conditam dixere. Quāuis non deſint qui eam a genu nomē ſumpſiſſe credant: cum in genu italiæ ſita fuerit. Hæc quondam imperium ſuum longe lateq; diffudit. Nam peram urbem Conſtantinopoli oppoſitam: Mytilenem inſulam. Chium: Famaguſtam urbem totius inſulæ Cypri celeberrimā: Theodoſiam in taurico cherſoneſo: que nunc Capha dicitur: aliaſq; græciæ urbes plurimas imperio ſuo adiecit. Ea ſēper Romanis & græcis imperatoribus amica fuit: quam cū Hannibal pœnus cæpiſſet: ac penitus eruiſſet: ſtatim Cornelius Seruilius conſul (ut Liuius refert) eam inſtaurari mandauit. Hæc ornata fuit duobus ex nobili familia Fiſcha pontificibus Romanis. iiii. innocētio & Hadriano. v. Habuitq; eadem familia ad. xxx. Romanæ eccleſiæ Cardinales. Nicolaus quoq;. v. pont. max. & Innocentius. vii. aliiq; complures belli paciſq; artibus illuſtres uiri Genuam exornarunt. Eius

regionis ciuitates celebriores Albintimilium: nunc uintimil lium dicta: quæ uersus ex ortum Rodoria fluuio abluitur. Albumingaunum: nunc Albinga: urbs uetustate nobilis: Proculo imperatore romano ciue ornata. Naulum ciuitas portu ac turribus inclyta. Sauona urbs quam. T. Liuius Sabbatium appellat.

Lipare insula est in freto Siculo: una ex æoliis: a Liparo Rege cognominata: qui post Aeolum regnauit. Ea decora est allumine: quod sola profert: & balneis saluberrimis.

Locri populi fuerunt ĩ Brutiis ultra oppidum Rhegium ubi est locrinus mons ad extremum Italiæ: super quo Locrus ciuitas: ab Aiace Oileo & Naritiis condita (ut Virgilius refert lib. iii. æneï.

Hic & naritii posuerunt mœnia locri.

Fuerunt autem Naritii socii Aiacis qui ciuitatem ipsam condidere in ea ora Italiæ: quæ quondam magna græcia dicebatur (ut inferius loco suo uidebis.

LOMBARDIA regio est Italiæ: quam a longobardis nomẽ traxisse constat. Prius. n. galliam cisalpinam uocari maluerunt. Sunt lombardiæ fines Apeninus & alpes: & quicqd intra alpes Benacumq; lacum atq; amnem mintium continetur. Regio est totius Italiæ uberrima: oleo: uitibus: frugibusq; fœcunda: aquis & lacubus illustris: fructibus & piscibus copiosa. Vicis: castellis: & opulentissimis ciuitatibus insignis Eius metropolis & caput est Mediolanum ciuitas potentissima: quæ ante christi aduentum. ccclix. a gallis senonensibus aucta & instaurata fuit. Quamuis nõnulli tradant ab eisdem gallis Romæ incensoribus conditam fuisse (ut Iustinus refert libro. xx.) Est autem Mediolanum appellata: ut pleriq; uoluerunt: ꝙ multorum amnium aquis circundata sit.

Hanc olim.l.millia equitum in bello emisisse constat. Fuit semper totius Lombardiæ emporiū. Agrum habet uniuersū aquis irriguū: uitium & frugum feracissimū. Eam Maximianus Herculeus mœnibus & tēplo exornauit. Vrbem amplificauit: & de suo noīe Herculeam appellauit: phanūq; celeberrimū in honorem Herculis struxit: quod nunc diuo Laurentio dedicatū est. Hæc urbs maxime exornatˀ sacrarum ædiū magnitudine: regalium domoꝝ amplitudine: pānoꝝ omnifaria mercatura: omniūq; artium bonitate. Hic eximii in q̄cūq; re artifices sunt, Hic equestris ordinis uiri splendidissimi, iurisconsulti præstantissimi, bonaꝝ artium uiri eloquentissimi. Hīc robur militare, & equitum multitudo educitur. Cuius quidē urbis exornandæ. Franciscus Sfortia princeps illustrissimus: q in ea annis.xiiii.principatū tenuit: accuratissimam diligentiam egit. Is nāq; pulcherrimū nauigium per quod ex mediterraneis in urbē necessaria deuehatur adduxit ex Abdua. Arcē superbissimam in ea a fūdamentis extruxit: quæ pro dignitate & fortitudine inter mundi memorabilia cōnumerari potest. Hospitale quoq; toto orbe celeberrimū ædificauit: & tēplum beatæ Mariæ uirgini dicatum: magnaq; impensa & artis elegātia: niueo marmore inchoatum: ope & diligentia sua maximum accepit incrementum. Vrbis uias ac uicos omnes: cum antea cœnosi forent: diligentissime strauit. aliisq; pulcherrimis templis: cœnobiis: palatiis porticibus hortis: aquæductibus Mediolanum exornauit. Vnde & populi multitudine & diuitiaꝝ copia: secunda Roma iure uocari potest. Genuit ea urbs Alexandrum. ii. Vrbanum. iii. ac Celestinū.iiii.pont. Ro. Carum.xiii. Romanoꝝ imperatorem. Præterea Heliprandū. Ortum: Gualuagnum Vicecomites: qui præclaras res gessere. Habuit quoq; ciues Statiū

Cecilium comœdiarum ſcriptorem Ioſeph Bripium uirum eloquentiſſimum:& Ioannem marlianũ phyſicum celeberrimum. Eius regionis celebriores ciuitates. mutīa uetuſti noīs ciuitas Romãorum colonia. Rhegium quam Lepidum ſceleſtiſſimi triumuiratus tpe ædificaſſe conſtat. Parma ciuitas uetuſta: Caſſio poeta & Macrobio uiris præſtantibus ornata. Placentia Romanorum colonia quæ poſt mortem ioannis Galeacii primi Mediolani ducis: octies: prædæ expoſita fuit. Paulo ſupra Placentiam eſt fluuius Trebia īſignis clade Romana Sempronio conſuli ab Hannibale inflicta. Alexandria quam mediolanenſes: Placentini: & Cremonenſes condiderunt anno ſalutis. lxv. ſupra cēteſimum & mileſimũ Eam ab Alexandro. iii. tunc Ro. pont. ut maior accederet auctoritas: Alexandriam uocauerunt. Aſta ciuitas duci Aurelianenſi ſubdita: Francorum ſtirpe regia oriundo. Alba ciuitas, Pompeiana a Plynio appellata. mantua urbs uetuſtiſſima Virgilii Vatis clariſſimi patria: quæ ab Ocno filio Tyberis & mantus Tireſiæ thebani Vatis filiæ: quæ poſt pr̄is interitum ad Italiam uenit, condita fuit: & a matris nomine Mantuam appellauit. De quo Virgi. lib. x. ænei.

Ille etiam patriis agmen ciet ocnus ab oris.
Fatidicæ mantus & tuſci filius amnis.
Qui muros, matriſq; dedit tibi Mantua nomen.

Brixia a gallis condita (ut Iuſtīus refert lib. xx. Vel a Germanis duce Ciconio: olī Cenomanorum caput: quæ arce & duplici muro extat munitiſſima: Cremona Romanoꝝ colonia: quæ genuit Quintilium poetam Virgilio & Horatio familiariſſimum. Et Gerardum phyſicum & aſtronomum præſtantiſſimũ, qui Auicēnæ & Almanſoris libros traduxit ex arabico. Lauda ciuitas a Federico Barbaroſſo cōdita. Bergo-

mum ciuitas uetusta: a gallis condita: quæ patria fuit Bar- tholomei Colei: rei bellicæ gloria isignis: ac Venetorum exer citus imperatoris clarissimi. Comum ciuitas uetusta a gallis condita: quam olim Rheti uastauerant. Sed pōponius Stra- bo Pompei Magni pater colonos in ea restituit. Deinde no- uum Comum appellata fuit. Quæ Plynium Secundum & Cecilium poetam ciues præstantissimos habuit. Papia olim Ticinum a Leuiis & Maricis cōdita (ut quibusdam placet.) Quam & situ & aeris salubritate amœnitissimam Reges O- strogothorum & longobardorum libenter incoluerūt. Quar to supra Papiam milliario est Ticinus fluuius qui Verbanū lacum: quem nunc maiorem dicunt exonerat. Nouaria ciui tas uetusta: quæ Albutio Sillo claro oratore ornata fuit. Ver cellæ urbs uetusta: quam Plynius a Saluiis libycis conditam tradit. Augusta prætoria iuxta geminas alpium fores sita. Taurinum ciuitas uetustissima: per quam primum Hanni- balem Italiam ingressum Liuius ostendit.

Longobardi populi fuerunt germaniæ: quos a longis barbis cognominatos putant. Eam gentem fama est ab oceano ger maniæq; ultimis oris nouas quærentem sedes: tandem intra Pannonias constitisse. Inde Albuinus eorum Rex ab Narse te eunucho accersitus ingentibus peditum equitumq; copi- is in Italiam uenit: breuiq; Vincentiam: Veronam: Mediola num: ac omnis pene citerioris galliæ urbes ad deditionem cō pulit. Quarto itaq; & ducentesimo anno Longobardorum gens in Italia regnauit usq; ad Desiderium Regem: qui ulti- mus in italia fuit. Eum tradunt Hadriano pontifici Maxi- mo & Romanæ ecclesiæ infestum a Carolo Magno in agro uercellensi magna uirtute bello superatum: Et cum se in ur- bem Ticinii recepisset: Carolus urbem diu obsedit & tandē

expugnauit: sextoq; illum mẽse una cum uxore ac liberis cæpit.

Lotophagi populi sunt qui libyæ littora incolunt. Quidã eorum magis ad austrũ tendẽtes usq; ad fluuium Tritona protenduntur. Hi (teste Herodoto libro historiarum tertio) uiuunt ex fructibus arboris loti: qui dulciores sunt dactylis: ex quibus etiam uinum conficiunt.

Lucania quæ nunc principatus dicitur (ut quibusdam placet) Regio est Italiæ inter campaniam & Brutios constituta. Regio est feracissima: & aeris temperie amœnissima. In ea ẽ Pestum oppidum, quondam possidonia dictum, maxima indulgentia tedimitũ. Fructus quosdam bis in anno producit. De quo Virg. iiii. geor. biferiq; rosaria Pesti. Ibi (teste Solino (eruitur gemma: facie adeo iocunda: ut stellas intrinsecus renitentes croceus color perfundat. Et quoniam in littore syrtum inuenta primo est, Syrtites uocaẗ. In lucania urbs est Elea a Phocensibus condita (ut li. vi. Strabo refert.) e qua parmenides atq; Zeno pythagoricæ sectæ originem duxerunt. Est & sinus Talaus: & amnis talaus: & urbs lucaniæ postrema. In mediterranea uero regione Petilia lucanorum metropolis putatur: quam Philoctetes e Melibœa per seditionem profugus ædificauit. Lucani quidem a Sãnitibus genus ducunt.

Lusitania regio est hispaniæ: quæ nunc portugallia dicitur. in ea est urbs Emerita & Tagus fluuius: qui arenas auriferas uehit. Iuxta Tagum (ut scribit Iustinus. li. xliiii.) equas uento cõcipere multi auctores prodiderunt. Quæ fabulæ ex equarũ fœcunditate: & gregum multitudine natæ sunt: qui tanti in gallitia, & lusitania tamq; pernices uisuntur: ut non immerito ipso uento concepti uideantur. Sunt etiam in ea urbes cla

rissimæ Norba Cæsarea & Bilbilis Martialis poetæ nobilissimi patria. Lusitanum littus pollet gemma Ceraunio: quod (teste Solino) aduersus uim fulgurum creditur opitulari.

M



Acedonia prouincia est in europa a Macedone filio Osiridis, qui fuit Iouis filius cognominata. Hæc angustos primum terminos habuit sed uirtute suorum Regum & gentis industria lõge ampliata est. De qua Solinus scribit. Quiedomii olim populi: quæq; Migdonia erat terra, aut Pierium solum: aut Emathium: nunc omne uniformi uocabulo Macedonia res est. factumq; corpus unum. Igitur macedoniã ab oriente præcingit thracius limes. Ab occasu ionium pelagus A meridie Epiro terminatur. A septentrione habet partem Dalmatiæ & mysiæ superioris. Hæc (ut ait Plynius. li. iiii.) cl. populos tenuit duobus inclyta regibus: quondamq; terrarũ imperio. Hæc est Macedonia: quæ asiam: armeniam: Iberiã. albaniam: Cappadociam: syriam: ægyptum. Taurũ, caucasum transgressa. Hæc in bactris, medis, persis domĩata toto oriẽte possesso. Hæc ẽt Indiæ uictrix per uestigia Liberi p̃ris atq; Herculis uagata. Hæc eadẽ est Macedonia: cui⁹ uno die paulus Aemilius ĩpator noster septuaginta duas urbes direptas uendidit. Tantam dñiam sortis duo homines præstitere. Inter insignes ciuitates macedoniæ pella maxime illustris: alumnis Philippo, & Alexandro eius filio, qui ĩ ea nati sunt. Vnde & pellei dicti sunt. Lucanus in decimo.

Illic pellei proles uesana philippi. Et Iuuenalis.

Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis.

Philippus græciæ domitor in Aegide macedoniæ urbe: a pau

ſania interfectus eſt. Alexander uictor omnium, uino & ira uictus morbo uinolentiæ (ut Soli. placet) q̄q̄ alii ueneno affirment apud Babylonem humiliore q̄ uixerat fortuna exemptꝰ eſt. In agris macedonū auri uenæ & argēti opimæ, & plurimæ eruunt̃. Macedonia lapidē gignit: quem pæātē uocāt: concipientibus & pientibus opitulari fama ꝓdiga eſt. In ea (ut Pōponius ſcribit) prīa eſt theſſalia: deīde magneſia, phiotis, doris, locris, phocis, boetia, attis, megaris. ſed omnium attis clariſſima. In ea quoq; eſt Athos mons altiſſimus: qui (ut Soli. refert) altior æſtimatur q̄ unde imbres cadunt.

Macrobii populi ſunt æthiopiæ ultra meroem (ut Solino placet) quibus dimidio protēſior eſt uita q̄ noſtra. Iuſticiam colunt amant æqtatem, plurimum ualent robore: pulchri forma. Et (ut Pōponius ſcribit.) In illis mos eſt: cui potiſſimū pareant: ſpecie ac uiribꝰ legere Apud hos plus auri q̄ Perſis eſt. ære exornantur auro uincula fontium fabricant. Eſt locus apparatis epulis ſemper refertus: quibus omnibus ueſci licet Nam etiam diuinitus eas augeri ferunt. Eſt lacus quo perfuſa corpora quaſi uncta niteſcunt. Ex hoc lacu potus ſaluberrimus Sane adeo liquidus eſt: ut ne caducas quidem uehat frondes. Sed illico folia lapſa ad fūdum dimittat. Vltra hos deſertæ inhumanæq; ſolitudines.

Magna græcia regio ē italiæ, quæ (ut Ply. refert lib. iii.) a Locris italiæ frōte incipit, & Tarentum uſq; ꝓtenditur. magnā uero dictam fuiſſe puto: ꝙ eam maximi: & præſtantiſſimi philoſophi incoluerunt. Nam Architas Tarentinus & Enniꝰ poeta ex tarento fuerunt. Pythagoras quoq; & alii complures excellenti ingenio uiri ea in regione philoſophati ſunt. Parmenides & Zeno pythagoricæ ſectæ ex Elea ciuitate lucaniæ originem duxerunt. Ibi Locrus ciuitas ab Aiace Oileo, &

Nariciis sociis condita. Post lucrum uersus tarentum est sinus Scyllaceus cum oppido eiusdem nominis deide laciniū promontorium. In sinu tarentino est Croton ciuitas: & metapontum. In crotone (ut Ply. refert li. ii.) epidimia nunq̃ fuit nec terremotus aliquis annotatus est. Ibi gloriosum illud laciniæ Iunonis templum extitisse prodiderunt. Fuit autem ciuitas rei bellicæ peritissima (ut lib. vi. Strabo auctor est.) Nec paruam exercendis athletis operam dedit. Nam in unius olympiadis ludis, septem uiri qui cæteros studio superarunt crotoniatæ fuere omnes. Ad eius gloriam accessit ingens pythagoreorum cœtus: nec nō athletarum celeberrimus milo: qui ea in urbe multum contriuit temporis.

Magnesia regio est macedoniæ: ĩ qua mothona oppidum: qđ cum obsideret philippus Alexādri ma. pater: damnatus est oculo, iactu sagittæ. Populum istum calere arte sagittaria credere possumus. eodem nomine urbs est in asia iuxta quā Scipio asiaticus antiochum regem magna perculit clade.

Magog filius Iaphet magogas gentes instituit qui a græcis scythæ appellati sunt. Ab eis scythia & gothia nomen sumpsere (ut Iosephus refert lib. i. antiquitatis iudæorum.

Maniolæ insulæ sunt decem numero ex aduerso Indiæ extra gangem in quibus tradunt nauigia quæ clauos ferreos habent detineri: nec ulterius progredi sinunt: nec quando lapis herculeus qui circa ipsas gignitur: illa ad se trahat. eas tenent Anthropophagi manioli dicti (ut lib. vii. refert Ptole.)

Marconnani populi fuerunt germaniæ: quos cum Ariuouisto germanorum Rege Cæsar prælio superauit.

Margiana regio est asiæ maioris inclyte apricitatis (ut Solinus refert.) Sola in eo tractu uitifera: undiq; inclusa montibus amœnis: ambitu stadiorum mille quingentorum: difficilis

aditu propter arenosas solitudines:& ipsa contra parthium tractum sita. Antiochus in ea Antiochiam condidit(ut lib. xi. Strabo refert)quæ uites fert optimas. Qua propter tradūt sæpe uitis truncum inueniri:q̄tum duo uiri complecti queant. Racemum duorum cubitorum. Regionis huius amœnitatem Alexander magnus usq; adeo miratus est:ut ibi primum Alexandriam conderet. Sunt & ciuitates Ariaca: Sena: Aratha: Guriana:& Nigea(ut lib. yi. refert Ptolemæus.

Mariandynorum regio in asia sita est(ut Dionysio placet) Bithyniæ contermina: ubi dicunt rabidum illum quondam & tricipitem canem, quem ab inferno ereptum Hercules deuicit: spumosum quoddam uirus euomisse: quod uniuersā illam regionem infecit. Cerberus carnes uorans significat: q tria capita habere dicitur propter tres ætates: infantiam: iuuentutem:& senectutem: quas uorat & consumit.

Marmarica prouincia est aphricæ: quæ(ut scribit Ptolemæus lib. iiii.)ab occasu terminatur cyrenaico: a septentrione ægyptiaco pelago ab oriente ægypto: a meridie parte libyæ. Eam regionem incolunt Nomi: Libyarchæ: Aniritæ: Bassachitæ: Apetonitæ: ausolei: Nasamones:& complures alii.

Marsi populi fuerunt in latio regione Italiæ: qui a Marso Circes filio genus duxeruut. Ideoq; auita potentia non solum a serpentibus sunt illesi: sed serpentum sunt ipsi domitores: & incantationibus atq; herbarum succis uariis morbis medelā præstabant. Soli. scribit Oetam Colchorum Regem tres filias habuisse Angitiam: Medeam:& Circem. Circeos montes insedisse Circem: carminum maleficiis uarias imaginum facies mentientem. Est autem circeus mons in italia iuxta Caietam urbem. De Circe Virgilius scribit in bucco.

Carminibus circe socios mutauit Vlyssis.

Et æneidos.vii.
Ex hominum facie dea ſæua potentibus herbis.
Induerat Circe uultus ac terga ferarum.
De medea ſcribit Ouidius.li.meta. vii.
Cum uolui,ripis ipſis mirantibus amnes
In fontes rediere ſuos:concuſſaq; ſiſto.
Stantia concutio:cantu freta nubila pello.
Nubilaq; induco:uentos abigoq; uocoq;.
Viuaq; ſaxa ſua conuulſaq; robora terra.
Et ſiluas moueo:iubeoq; tremiſcere montes.
Et mugire ſolum:maneſq; exire ſepulchris.
Te quoq; luna traho. Angitiam uero ſalubri ſciētia aduerſus morbos reſiſtentem cum deſiſſet hominem uiuere:deam habitant(Solinus auctor eſt.)

Maſſagetæ populi ſunt ſcythiæ aſiaticæ ultra mare caſpium qui cum per deſerta diſcurrunt equorum ſuorum ſanguinē cum lacte potant. De quibus Lucanus.li.iii.
Longaq; ſarmatici ſoluens ieiunia belli.
Maſſagetes quo fugit equo:uolucres geloni.
Et claudianus in Rufinum.
Et qui cornipetes in pocula uulnerat audax.
Maſſagetes,

Hic(teſte Diony.)ſagittandi arte periti infeſtiſſimi admodū hoſpitibus: Neq; cum uicinis populis ullam ſeruare diutius amicitiam:neq; fidem poſſunt. Frumēti ac uini uſum prorſus ignorant. Bibūt.n. lac cum equorum admixtum ſanguine. maſſagetæ uirtutem ſuam maxime ī bello aduerſum Cyrum oſtenderunt(ut li.xi.Stra.refert.) Solem,deum putant. Singulas uxores ducunt. Vtuntur etiam uxoribus aliorum. Idq; haud occulte. Nam qui cum aliena congreditur:phare

tram e curru suspendens in propatulo coit: Senio confecti ī frusta cæduntur: & cum ouillis carnibus eduntur. Eos qui morbo moriuntur, deuorandos feris abiiciunt. Vtuntur arcu, gladio, thorace, ac securi ænea, aureas zonas habet.

Massylii populi sunt aphricæ iuxta Mauritaniam: quos fuisse ualidissimos testatur Ply. lib. v. haud longe ab eis sunt horti hespidū, & mōs Atlas: dicēte Didōe apud Virgi. li. iiii. ænei.

Hinc mihi massyliæ gentis monstrata sacerdos.
Hesperidum templi custos: epulasq; draconi.
Quæ dabat & sacros seruabat in arbore fœtus.

Et martialis in. x.

Non mea massylius seruat pomaria serpens.

Hi equos suos uirga tantum exagitant: neq; sellam neq; frena querentes. Vnde Lucanus. li. iiii.

Et gens quæ nudo residens massylia dorso.
Ora leui flectit frenorum nescia uirga.

Massylia uero urbs est in gallia narbonensi a Phocensibus cōdita, uel (ut Dio. placet) a massyliis constructa.

Mauritania puincia est ī aphrica: q̄ nigros hēt colonos. Est āt ī extremo aphricæ uersus gaditanū fretum & occidētale oceanū. Gignit simias: dracōes struchiones: & elephātes. Regio ē diues: cæterꝫ solo ditior & adeo fertilis: ut frugū gn̄a non mō cum serunt benignissime procreet: sed (teste Pomponio) q̄dā sponte pfundat. Hic Antheus gigas regnasse dr̄: ab hercule uictus. Hoīum pars siluas freq̄ntant: pars in urbibus habitant. Est autem duplex mauritania Cæsariensis a ciuitate Cæsarea dicta.

Mauritania tingitana a ciuitate Tingi nuncupata. In ea est mons Atlas ab Atlante Rege aphricæ Libyæ filio sic nominatus. A quo (teste Plynio.) astrologia primum

comparata fuit. Sed duo montes eius nominis ab hiſtoricis
deſcribuntur. Vnus quidem propinquior Herculis colum-
nis. Alter uero in interiora Libyæ remotior: quem Solinus al
tiſſimum eſſe teſtatur. Nam eductus in uiciniam lunaris cir
culi: ultra nubila caput condit: quem incolæ unam cœli co-
lumnam eſſe aſſerunt. Et (ut finxere poetæ. Atlas Rex ĩ eum
montem conuerſus fuit. Quare in formam uiri Virgilius eũ
deſcripſit. iiii. æneidos.

Atlantis cinctum aſſidue cui nubibus atris.
Piniferumq; caput uento pulſatur & imbri.
Nix humeros infuſa tegit tum flumina mento.
Præcipitat ſenis: & glacie riget horrida barba.

Tres autem fuiſſe Atlantes comperio. Vnus fuit Rex Italiæ
& pater electræ. Alter rex archadiæ. Tertius rex Mauritaniæ:
qui maximus dictus eſt frater Promethei quem poetæ cœ-
lum portare finxerunt. A quo Atlantes populi & atlanticũ
mare. Eam nunc regionem barbariam uocant.

Media prouincia eſt in aſia maiori contermina aſſyriæ, & per-
ſidi, a medo filio medeæ cognomĩata (ut Sol. refert) quæ ge
ſtat malũ uenenis inimicum, ſapore aſpero & amaro, odoris
aũt fragrantis: quod pleriq; citrũ eſſe putant Verum pomo-
rum illius tãta ubertas: ut onere prouentus ſemper grauetur.
Vſurpare eã arborem optauerũt & aliæ nationes. Sed bñfici
um ſoli mediæ datũ, terra alia non potuit mutari. (Vt ãt Ioſe
phus refert. lib. i. antiquitatis iudæoꝝ) Madeus Iaphet filiꝰ
Medos a ſe noĩatos inſtituit. Ea regio in ꝑtes duas eſt diuiſa
(ut lib. xi. Strabo refert) quarum alteram maiorem uocant:
cuius metropolis Ecbatana magna ciuitas eſt: & imperii ca-
put: Sunt & aliæ urbes a Macedonibus conditæ: e quibus eſt
Laodicea: Apamia: & Rhaga. Frigida eſt regio quæ olim to-

tius asiæ dominata est.(Vt autem scribit Ply.lib.vi.) Persepolis ciuitas caput est regni. Laodicea ab Antiocho condita fuit. Sunt & aliæ ciuitates: Scabina: Gabala: Vca: Varna: Azaga: Curna. Nauda: & Saraca (ut libro.vi.refert Pto.) in media sunt montes caspii maiori armeniæ contermini. Vbi portæ caspiæ hoc est uia quædam intersecans montes caspios: interruptis angusto transitu iugis: ita ut uix singula intrēt plaustra. Longitudine.viii.millia pas.(ut Ply.auctor est) & Ptole. lib.vi.

Meligina insula est in mari adriatico adiacens Dalmaciæ (ut lib.ii.refert Ptolemæus.

Melita insula est in mari Siculo. haud longe a Sicilia: ĩ qua oppidum fuit eiusdem nominis. A quo non longe in promontorio fanum Iunonis erat.

Melos insula est in mari ægæo cum oppido eiusdem nominis (ut lib.iiii.Plynius refert) quam Aristides Miblida appellat. Aristoteles Zephyriam. Eam tradunt insularum esse rotundissimam.

Menix quæ ab Eratosthene Lotophagites appellatur: insula ē clarissima: ex aduerso minoris aphricæ (ut lib.v.Ply.tradit) q̄ in longitudinem patet.xxxv.M.pas.in latitudine.xxv. Oppida habet duo. Meningem & Toiar.

Meonia regio est in minori asia: quæ deinde lydia a Lydo filio Atys dicta fuit. Hæc sub altissima Tmoli montis rupe sita est (ut Dionysius refert.) Ex qua pactolus amnis fluit arenis aureis. In cuius ripis cum uer aduenerit: tanta continue cum modulatione decantantes cygni audiuntur ut nihil iocundius possit audiri. Et etiam emanat Enister: ac iocundissimis undis per regionem ipsam diffunditur. Mulieres quoq; perpulchras parit: quæ nōnunq̄ de more succinctæ deau-

ratam ad lumbos zonam: mirabiles in gyrum choreas ducere consueuerunt ubi admixtæ florentis ætatis puelle tanq̃ lasciuientes capreoli inter se saltant & colludunt: cōmotaq; a uentis paludamenta & saltādi ordo sonitū quendam haud iniocundum efficere uidentur.

Meroe insula est in Nilo: sub primo climate constituta: a Meroe eius insulæ metropoli cognominata. Et (ut scribit Diodorus li.i.) Insulæ forma scuto est persimilis: atq; magnitudine superat cæteras nili insulas: quas circiter septingentas esse dixit. Patet enim longitudine stadiis tribus milibus: latitudine mille. Ciuitates in ea sunt plures: sed cæteris nobilior Meroe: in qua effodiuntur aurum, argentum, æs, ferrum. Insuper & hebenum fert, lapidumq; multiplex gen⁹. distatq; a Syene (teste Plynio lib.ii.) quinq; millib⁹ stadiis. In ea bis in anno umbra rerum absumitur: Sole scilicet tenente .xii. partem tauri: & quartamdecimam leonis: Vnde Lucanus. lib. x.

Ambitur nigris meroe fœcunda colonis.
Læta comis hebeni: quæ quamuis arbore multa.
Frondeat: æstatem nulla sibi mitigat umbra.
Linea tam rectum mundi fert illa leonem.

Incolis eius (ut lib.iii. Pomponius refert) dimidio est protensior uita q̃ nostra. Horum fœminæ māmas habent grandes & æquales infantibus. De quibus Iuuenalis in satyra: Exemplo quodcumq; malo.

Quis tumidum guttur miratur in alpibus: & quis.
In meroe crasso maiorem infante mamillam?

Eius quondam insulæ ac totius æthiopiæ & ægypti imperium tenuit Sabba regina sapientissima: quæ ut Salomonis sapientiam audiret: magno comitatu per æthiopiam ægyptūq;, ac rubri maris littora hierosolymam perrexit.

Moesii populi sunt trans Danubium fluuium pannonibus finitimi (ut Cornelius Tacitus refert.)

Messenia regio est in peloponeso (teste Pomponio lib.ii.) ĩ qua est ciuitas Messene & Methone.

Mesopotamia regio est maioris asiæ in medio Eufratis & Tigris. Vnde & nomẽ assumpsit. Nam mesos græce latine medium: & potamos fluuius. Itaq; habet Tigrim ab oriente: & Eufratem ab occidente: a meridie uero Babyloniam. Eufrates oritur in præfectura armeniæ maioris sub radicibus mõtis: quem campotem appellant. Araxes eodem monte quo Eufrates. vi. M. pass. interuallo defertur in caspium mare. Tigris quoq; oritur in eadem regione: fonte conspicuo: in planicie: & a celeritate tigris uocatur. Mare persicum influit (ut lib. vi. Plynius auctor est.) Mesopotamiam opimat Eufrates (teste Solino) annuæ inundationis excessibus ad ĩstar amnis ægyptii terris superfusus inuecta soli fœcunditate. Quæcũq; Eufratem bibunt gentes: diuerso nitẽt lapide. Ea regio plerumq; Seleucia dicta est (ut Plynius refert lib. vi. capitulo ultimo.

Mycone insula est una ex cycladib⁹: uicina Delo: ita ut Apollo ipsam Delon diu fluctuantem: & per mare errantem mycone celsa gyaroq; reuinxit (Vt maro cecinit) Sed ueritas longe alia est (ut in. iii. Virgilii scribit Seruius.) Nam hæc insula terremotu diu laborauit Quo cessante: e mycone gyaroq; uicinis insulis populi uenerunt: qui eam tenerent & incolerent.

Mygdonia pars est macedoniæ littoralis: incipiens ab Enea ciuitate: & usq; in thermopontũ seu thermicum sinum protenditur. In hac Niobe filia Tantali uxorq; Amphionis in saxũ conuersa fingitur (ut Ouidius in. xiiii. epistola heroidum.)

Quæq; superba parens saxo per corpus aborto.
Nunc quoq; mygdonia flebilis astat humo.

Hæc (teste Diodoro lib. v.) filios septem & totidem filias peperit: summo decore præstantes. Vnde tali prole superbiens admodum gloriabatur: præferens se Latonæ Apollinis & Dianæ matri. Itaq; Latonam ira motam ferunt: Apollini ut Niobis filios: Dianæ ut filias arcu interficerent mandasse. Qui matri obtemperauerunt.

Mœsia prouincia est europæ inter Daciam & Thraciam sita Est autem duplex: superior & inferior: quas (teste Solino) maiores nostri æquo iure Cereris horreum nominabant in ea ãt parte quæ ponto adiacet: nascitur herba: qua cum oleum inficitur quod uocant medicum. Hoc ad incendium excitatum si obruere aqua gestias: ardet magis: nec alio sopitur q̃ iactu pulueris. Mœsiæ superioris ciuitates insignes (ut refert Ptolemæus) sunt Rhetiaria & Scupi. Mysiæ inferioris Odessus & Oescus. Ambæ sitæ sunt prope Danubium.

Est etiam mysia in asia regio phrygiæ adiacens hellespõto (ut lib. v. Plynius refert) in qua ciuitas est Mœsia haud longe a Troia (ut scribit Seruius super primo geor.) Est autem maior & minor (ut lib. v. scribit Ptolemæus.)

Mitylene insula est in ægæo mari nobilis & quinq; oppidis clara. Alio nomine lesbos cognominata (ut de illa superius scripsimus.

Mitterin insula est ultra britanniam sex dierum nauigatione (ut. lib. iiii. Plynius refert) in qua candidum plumbum proueniat.

Molossa regio est Europæ: quæ postea Epirus dicta fuit. Vnde Ouidius in primo meta.

Nec contentus eo est: missi de gente molossa.

Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit.

In ea bonos canes naſci multi uoluerunt. De quibus Horatius in epodo.

Nam qualis aut moloſſus, aut fuluus lacon.
Agam per altas aure ſublata.
Niues, quæq; præcedet fera.

Et Virgilius in. iii. georgi.

Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed una.
Velocis ſpartæ catulos: acremq; moloſſum.
Paſce ſero pingui. Cæterum in can ſpartano ſeu laconico uelocitas, in moloſſo fortitudo laudatur.

Mona inſula eſt Angliæ ſeu Britãniæ: quæ (teſte Cornelio Tacito) incolis eſt ualida: & receptaculum perfugarum. Eſt etiam eiuſdem nominis inſula in Rheno fluuio: olandriæ ac phryſiæ proxima.

Moſſini populi ſunt in aſia uerſus ſeptentrionem: qui (ut Põpo. refert. lib. i.) turres ligneas ſubeũt: notis corpus omne perſignant: propatulo ueſcuntur: promiſcue comcumbunt: & palam reges deligunt: uinculiſq; arctiſſima cuſtodia tenent. Atq; ubi culpam praue imperando meruere inedia diei totius afficiunt. Populi ſunt aſperi inculti pernoxii appulſis.

Monſferratus regio eſt italiæ: cuius fines ſunt: hinc Padus: inde Apeninus & Tanarus amnis. Et ſuperiori parte montes proximi Moncalerio, ubi pedemontium incipit. Ora eſt pluribus uicis & caſtellis inſignis. Suntq; in ea Gaſſinum & Mõcalerium oppida ac Salutia illuſtrium Marchionum eius cognominis patria. Regio ipſa marchionibus eſt ſubdita in italia nobiliſſimis: qui ex Paleologis Conſtantinopolitanis imperatoribus oriundi circiter annos ducentos eam poſſiderunt.



A bathea regio est asiæ īter Iudæam & arabiam: & est pars Arabiæ (ut qbusdam placet) a Nabaoth Hismaelis filio cognominata. Ouid. li. met. i.

Eurus ad aurorā nabatheaq; regna r̄cessit.

Ea olim regio mittebat elephantes: de quibus Iuuena.

Dentibus ex illis quos mittit porta syenes.

Et quos deposuit nabatheo bellua saltu.

In ea est oppidum petra nomine: circundatum montibus, inaccessis, amne interfluente (ut li. vi. Plynius refert.)

Narbonensis regio est galliæ: cuius incolas antea celtas nominabant. Et ab his uniuersos gallos a græcis Celtas appellatos ob eorum claritatem Strabo. li. iiii. opinatur. De ea regione ī gallia latius scripsimus.

Naricia īsula ē ī mari ionio, quā tradūt fuisse ex r̄gno Vlyssis.

Nasamonii populi fuerūt libyæ (ut Dionysio placet) quos tradunt ab Ausonio Iouis filio fuisse interfectos: cuius patrem contemnerent.

Nauaria pars est hispaniæ septentrionalis: quæ uersus arcton Vasconibus adiacet. Ad meridiem uero Tarraconiam habet regionem. In ea fuerunt Augusta & pampilonia opulentissimæ hispaniæ urbes, quas Carolus magnus quondam ui captas prædæ militibus dedit. Ibi regnum Nauariæ, in quo regnantem Florium idem Carolus bello superauit. Ibi Feracutus gigas ferocissimus qui per id tēpus mediterraneo mari in auxilium Florii uenerat: & a quo omnes pene Caroli Duces singulari certamine uicti sunt, tandem a ROLANDO Caroli Nepote ea tēpestate uiro oīum fortissimo īterfect⁹ ē.

Naxos insula est in mari ægæo, una ex cicladibus, quæ omnes alias uini fertilitate exuperat. Vnde Virgili°.iii.ænei. Baccha tamq; iugis naxon.

Neruii populi fuerunt inter belgas maxime feri, quos Sabis & Scaden flumina irrigant. Nullus ad eos mercatoribus adit° erat: nil uini reliq̃rumq; rex ad luxuriã ptinentiũ patiebant̃ inferri: ne eox aĩ elanguescerent, uirtusq; remitteret̃. Magnæ uirtutis hoĩes. Maius discrimen qđ unquã Cæsar habuerit ĩ tota gallia aut germãia apud hos fuit. Nã cũ exercitũ eius in fugã uerterent Cæsar rapto e fugientis manu scuto: in primamq; uolitans aciem prælium restituit. Quod solum in extrema spe salutis imperatori licet, Nũc tornicenses dicti De his Cæsar meminit in secundo cõmentariorum.

Neuri populi sũt scythiæ europæ: q̃ æstatis tpibus in lupos trãfigurant̃: deinde exacto spatio in pristinã formam reuertuntur. mars illis (ut Pomponius refert) deus est. Pro simulacris enses & tentoria dedicant, hominesq; pro uictimis habent.

Lignorum egentes ignes ossibus alunt.

Nisyrus insula est mari ægæo quam circa Coum e sse tradiderunt. Est autem optimi uini ferax.

Nomades populi sunt in Scythia Europæ: qui uagi pecorum pabula sequuntur: atq; ut illa durant ita diu statam sedem agunt. Sunt & nomades ĩ æthiopia cynocephalorum lacte uiuentes (ut Plynius refert. li. yi.

Noricũ puincia est in europa (ut li.ii. scribit Ptolemæus.) Limites habet ab occasu Enum fluuiũ: qui medius est inter Vindelicos & noricos. A septentrione Danubium. ab ortu solis montem Cetium qui pannoniam superiorem distermi nat a norico. A meridie mõtem Curuacam qui est sup Istriam. Eam nunc regionem pleriq; Austriam appellãt. Vrbes ĩ

ea insignes Aredata, Claudonium, Sianticum Celia, Badacum, Virunum, Taurnia, Aguntum, Viuana, Claudia, Monia.

Normandia regio est galliæ ultra sequanam flumem sita. Viri in ea sunt bellicosi: qui quondam igne ferroq; per galliam debacchãtes a CAROLO magno multis prælıis attriti christi fidem susceperunt. Ex ea regione fuisse tradunt Robertum Guiscardi, uirum rei bellicæ gloria insignem. Qui apuliam Calabriam: & Siciliam deuicit. Alexiumq; græcorum ĩperatorem bello superauit.

Noruegia regio est in europa septentrionalis & frigida: uersus oceanum germanicum sita.

Numidia prouincia est aphricæ inter mauritaniam & Aphricam minorem posita. Masinisse clara nomine. In qua & Iugurtha regnauit. Numidæ (ut scribit Ply. li. v.) Nomades dicuntur a permutandis pabulis: mappalia sua hoc ẽ palustres domus circumferentes. Nec præter marmoris numidici ferarumq; prouentum aliud insigne habet. Ea regio (ut Pompo. scribit lib. i.) spatio angustior est q̃ mauritania. Verum & culta magis & ditior. Vrbium quas habet maxime sunt Cirtha procul a mari quondam Regum dom⁹: & Syphacis cũ foret opulentissima. Iola ad mare aliquando ignobilis: nunc quia Iubæ Regia fuit: & ꝗ Cæsarea uocitatur illustris. Numidia (teste Soli.) qua parte siluestris est: feras educat: qua iugis ardua, equos alit. Eximio etiã marmore prædicatur. Numidici Vrsi forma cæteris præstant: rabie dumtaxat & uillis profundioribus. Inualidum ursis caput. Vis maxima in brachiis & lumbis. Insidiantur aluearibus apum. Maxime fauos appetunt: nec auidius aliud q̃ mella captant. Domitius Aenobardus ursos numidicos centum & totidem æthiopas ue

natores in circo romano ædidit. Idq; spectaculum inter memorabiles titulos annotatur.

O



EBalia regio est in peloponeso: quæ & Laconia dicta fuit ab Oebalo laconiæ Rege cognomĩata. De qua Statius in achilleide.
Soluerat œbalio classem de littore pastor
Dardanus.
Et eodem nomine urbs est in Italia iuxta Tarentum ab Oebalo Telonis regis Capreæ filio sic nuncupata. Vnde Virgilius in.iiii.geor.
Nanq; sub œbaliæ memini me turribus altis.
Qua niger humectat flauentia culta galesus.
Corycium uidisse senem. Est autem galesus fluuius. Tarento proximus per quinq; millia passuum, ubi Hannibal castramẽtatus est cum arcem tarentinam obsedit.

Oechalia fuit Laconiæ pars in qua eiusdem nominis est ciuitas quam Hercules euertit, (ut Virgilius refert.viii. æneì.)
Vt bello egregias idem disiecerit urbes.
Troiamq;, œchaliamq;, ut duros mille labores
Sustulerit.

Oenotri populi fuerunt in italia, quæ & ipsa Oenotria appellata fuit ab Oenotro Sabinorum rege. Est autem ea regio in Brutiis sita (ut libro sexto Strabo auctor est.)

Ogygia insula est inter phœnicum & syrium mare: ab Ogygio thebanorum rege cognominata: sub quo primum diluuium fuisse Varro testatur in tertio de re rustica.

Oonæ insulæ sunt in oceano septẽtrionali: in quibus (ut Ply. refert.li.iiii.) ouis auium, & auenis incolæ uiuunt.

Ophiogenes populi sunt ĩ hellesponto: qui (ut Plynius refert

lib.vii.serpentum ictus contactu leuare soliti sunt & manu i posita uenena extrahere corpori.

Orchades insulæ sunt oceani septentrionalis ultra Britanniam numero.xxx.(ut Pomponio placet,)angustis inter se ductæ spatiis. Harum numero tres uacant homine (ut Solinus refert)non habent siluas, tantum iunceis herbis inhorescunt Cætera earum nudæ arenæ & rupes tenent. Ab eis Tilem usq; quinq; dierum ac noctium nauigatio est.

Ordulecæ populi fuerunt in anglia arduis montibus proximi, apud quos(ut Tacitus refert)Hostorius dux roman⁹ Carataccum in Anglia imperantem prostrauit.

Ortygia insula est in mari ægæo, quæ alio nomine Delos dicitur, in qua Latona Coei Titani filia Dianam & Apollinem peperit. In ea(teste Solino)primum uisæ sunt coturnices q̃s græci ortygas uocant. Nos a sono uocis qualias dicimus. His ueneni semen gratissimus cibus(ut Plynius attestatur li. x.)Quam ob causam eas damnauere mensis, simulq; comitialem propter morbum quem solæ animalium sentiũt præter hominem.

Ortygia eodem nomine insula fuir circa Siciliam ex oppido sito ad plemmyrium Siciliæ fluuium, de qua Virgi.iii.ænei.

Sicanio prætenta sinu, iacet insula contra
Plemmyrium undosum nomen dixere priores
Ortygiam.alpheum fama est, huc elidis amnem.
Occultas egisse uias subter mare, qui nunc
Ore arethusa tuo siculis confunditur undis.

Ossismi populi inter celtas ex maritimis ciuitatibus oceanum attingentibus proximi uenetis numerare in prouincia Turonensi regnoq; francorum siti. Horum littora britannico sũt mari aduersa, ut Pomponius refert,

P



Alæstina prouincia est in Syria, Arabiæ cō termina, dictaq; a philæstin urbe, quæ ī ea metropolis est (ut Plynius refert li. v. (In ea est Gaza urbs ingens & munita admodū, (ut pomponio placet.) Gaza persarum lingua ærarium uocatur. Et inde nomen est, ꝙ cum Cambyses Rex persaꝝ armis ægyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam intulerat Est nō minor Aschalon. Est Iope, ante diluuium, ut ferūt condita.

Pallene regio est in littoribus Macedoniæ, iuxta Sitoniam (ut libro septimo ostēdit Herodotus.) In ea has urbes esse dixit. potidæam, Aphitiam, Neapolim, Aegam, pallene fuit protei regis & Vatis maximi patria, ut. iiii. georgico. Virgilius scribit,

Hic nunc æmathiæ portus patriamq; reuisit.

Pallenem. Est etiam eodem nomīe ciuitas in Achaia (ut scribit plynius libro quarto.

Phalisci populi fuerūt etrusci, qui potissimum Iunonem colebant. Ibi fuit urbs Monsphaliscorum dictam, quam nūc corrupte Montemphlasconem appellant. In phaliscorum agro (ut plynius scribit libro septimo) familiæ quædam fuerunt hirpiæ uocatæ, quæ sacrificio annuo super ambustam ligni struem ambulantes non adurebantur.

Palmirena regio ē Syriæ (ut li. v. scribit ptole.) q̄ multas hēt ciuitates, quaꝝ metropolis est palmira urbs nobilis situ, diuitiis solo, & aquis amœnis, uasto undiq; ambitu, in q̄ regnauit Zenobia fœmina clarissima, q̄ a ptolemæis ægyptioꝝ regibꝰ duxit originem, græcis ac latinis litteris doctissime erudita, uirtute pudicitiæ, ac rei bellicæ gloria insignis, q̄ post Saporē

Regem persarum Mesopotamia fugatum atq; deuictum, post multas uictorias & triumphos, tandem ab Aureliano Augusto cum duobus filiis capta, Romam in triumphum ducta est. (Vt autem scribit Eusebius de temporibus.) zenobia haud longe ab antiochia uincitur, quæ occiso Odenato marito, orientis tenebat imperium. Aureliani Romæ triumphantis zenobia currum præcessit. Quæ in urbe summo honore consenuit: a qua zenobia familia nuncupatur.

Pamphila regio est minoris asiæ Cyliciæ cõtermina, a qua mare illi adiacens pamphilicũ nominatur. In ea (teste Põpo.) est Melas nauigabilis fluui⁹: oppidum Sida & alter fluui⁹ Eurymedon apud quẽ Cymonis atheniẽsiũ ducis aduersus phœnicas & psas naualis pugna atq; uictoria fuit. Est Perga oppidum & templum Diãæ, quam ab oppido pergeam uocant.

Panchaia regiuncula est sabeæ in arabia: quæ tota arenosa est, & in qua arbores sponte natæ thura emittunt. De qua Virgilius in .ii. geor.

Totaq; thuriferis panchaia pinguis arenis.

Panchai populi fuerũt (teste Pompo.) deserta Sabeæ habitantes, & quia serpentibus uescuntur ophiophagos uocant.

Pannonia puincia est europæ (ut lib. ii. scribit Ptole) Et est duplex superior & inferior. Superior ab occasu limites hẽt montem Cetium, qui medius est inter Noricum & ipsam pannoniam, Ab ortu habet pannoniam inferiorem cui iuncta est. Inferior ab ortu & septentrione Danubio cingitur. Nostra etas ungaros uocat. In ea (teste Plynio) coloniæ, Mõa, Siscia. Amnes clari & nauigabiles in Danubium fluunt Drauus, & Sauus populorum capita. Serretes, Serapili, Iasi, Sandrizetes Colapiani, Breuci.

Pandana & pontia insulæ sunt in sinu Caietano inter se parũ

distantes, sed a continenti ducentis quinquaginta stadiis. Quas Strabo dixit paruas esse sed pulchre habitatas.

Pandataria insula est in mari tyrreno (ut li.ii.refert Ptolemæ.)

Pandore gens est in conuallibus indiæ (ut Ply.refert.li.vii.annos ducentos uiuens, in iuuenta candido capillo, qui in senectute nigrescat.

Phanesii populi sunt in quibusdam insulis oceani septentrionalis: quorum aures (teste Solino.) in effusam adeo magnitudinem dilatantur, ut reliqua uiscerum illis contegant.

Paphlagonia regio est minoris asiæ, quæ (ut Soli.scribit.) Cytoro monte consurgit: porrecto in spatium trium & sexaginta mil. insignis loco Eneto: a quo (ut Cornelius nepos perhibet) paphlagones in Italiam transuecti, mox Veneti sunt nominati. plurimas in ea regione urbes Milesii condiderunt. Eupatoriam mitridates: quæ subacta a pompeio, pompeiopolis dicta est. Cytorus autem mons buxo est fertilis quæ uento mota æstus imitatur undarum. De qua Virgilius secũdo geor.

Et iuuat undantem buxo spectare cytorum.

Parabos insula est parua contra phœnicem. Et (teste pomponi.) quantum patet tota oppidum frequens.

Paradisus locus est in oriente longo tractu mari distans a continẽte (ut Isidorus.li.xiiii.ethymologiarum refert) & ioseph⁹. li.i.antiquitatum iudæorum. Quem græci hortum dicunt omni generatione florentem. Et (ut Augustinus in dialogo ad Orosium scribit) paradisus in oriente situs est, interiecto oceano & a nostro orbe longe remotus in altissimo loco constitutus, pertingẽs usq; ad lunarem circulum. Vnde illuc aq̃ diluuii minime peruenisse dicitur. Est autem sub æquinoctiali circulo cõstitutus (ut Nicolaus de lyra super genesim scribit) omniq; genere ligni fructiferi consitus est. Nõ ibi fri-

gus non æſtas, ſed perpetua aeris temperies. In hoc etiam (ut idem Ioſephus refert) eſt & uitæ plantatio, & alia prudentiæ, qua cognoſceretur quid eſſet bonum, quid ue malum. Rigatur uero hortus ab uno flumine circa omnem terrarũ undiq; perfluente, & in quattuor diuiditur partes. phiſon nomen eſt uni, nunc ganges eductus ĩ Indiam, qui in pelago late diffunditur. Alteri nomen Eufrates. Tertio tigris qui ĩ mare rubrum feruntur. Quartus eſt Geon, qui per æthiopiam, ægyptumq; decurrens, a græcis Nilus appellatur. Hic locus poſt peccatum primi hominis interclusus eſt, nec ulli animantium datur aditus illuc comeandi. Adam igitur prius homo ipſa die qua creatus eſt circa horam nonam de paradiſo eiectus eſt.

Parrhaſia regio eſt in peloponeſo, quæ nunc Archadia dicitur. Vnde parrhaſium pro Archadico dicimus. Virgi.

Parrhaſio dictum panos de monte lycei.

Et Ouidius. ii. de faſtis.

Altaq; trœzene parrhaſiæq; niues.

Ea regio patria fuit Lycaonis Archadiæ regis Titani & terræ filii (ut poetæ loquuntur.) In ea eſt mons Lyceus in quo bicornis fauni templum fuerat a quo Lycea ludrica illi ſacrata, a nobis lupercalia dicta ſunt teſtante Ouidio libro faſtorum. ii.

Quis uetat archadico dictos a monte lupercos.
Faunus in archadia templa lyceus habet.

Fiebant autem nephaſtis diebus menſis februarii, quem piacularem dixerunt. Vnde Ouidius.

Februa romani dixere piacula patres. Et ſubdit.
Tertia poſt idus nudos aurora lupercos.
Aſpicit & fauni ſacra bicornis eunt.

Dicitur autem bicornis Faunus, hoc ē pan deus naturæ, quia habet cornua in radiorum solis & cornuum Lunæ similitudinem. Fuit etiam parrhasius. (teste ply. lib. xxxv. pictor celeberrimus Ephesi natus, qui primus symmetria picturæ dedit, primus argutias, uultus elegantiam, capillorum artificium comperit. Idem descendisse cum Zeuside pictore in certamine traditur. Et cum Zeusis detulisset Vuas pictas tanto successu, ut in scenam aues aduolarent, ipse detulit linteum auibus pictum, ita ueritate repræsentatis, ut zeusis palmam parrhasio concederet.

Paropanisades prouincia est Asiæ (ut libro sexto scribit Ptolemæus,) quæ ab oriente parte Indiæ, ab occasu Aria terminatur, a meridie Arachosia. Eius insignes ciuitates sunt Naulibis & Carura.

Paros insula est una ex cycladibus, marmore nobilis quod cādidissimum gignit. Vnde Virgili. iii. æneī.

Niueamq; paron. Et Ouidius in. iii. meta.

Hæret ut e pario formatum marmore signum.

Hæc ꝑus Minoia dicta est (ut Soli. placet) Nā sublata a Mīoe, quo ad ī creticis māsit legibus, Minoiā uocabāt. præter marmora dat & sardū lapidem, qui inter gēmas uilissim⁹ dicit̃.

Pharos fuit olim parua insula contra Nili hostia palmis abūdans, quæ postea (teste pomponio) Alexandriæ quæ illi apposita iacet ponte coniungitur. Olim (ut Homerico carmine proditum est) ab eisdem oris cursu diei abducta. Vnde & Luca. in. x. Pharos insula quondam.

In medio stetit illa mari sub tempore uatis
Proteos, at nunc est pellæis proxima terris.

In ea (ut scribit plynius lib. xxxvi.) maxima turris fuit nauigantibus lumē exhibens, à Philadelpho rege constructa, q̄ inter

ſpecula mundi cõnumeratur. Nam ſuper quattuor cancris uitreis locata fuit. Alii ab Alexandro Magno conſtructam tradiderunt.

Pharia inſula eſt in mari adriatico, adiacens Dalmatiæ (ut lib. ii. refert prolemæus) in qua eſt ciuitas eiuſdem nominis.

Pharſalia prouincia ẽ europæ, a pharſalo duce nomen ſortita, quæ regio ſæpe nomen a uariis principibus mutauit. Nam ab æmathio æmathia dicta eſt. Theſſalia a Theſſalo. Macedonia a Macedõe. Poſtremo a philippo Rege campi philippici appellati ſunt. De ea in Macedonia & Theſſalia latius ſcripſimus.

Parthia prouincia eſt aſiæ, quæ ab ortu habet Arios a meridie Carmaniam, ab occaſu Medos, a ſeptentrione Hyrcanos (ut lib. vi. Plynius refert) parthoꝝ regna duodeuiginti ſunt omnia circa duo maria, rubrum a meridie, hyrcanum a ſeptentrione. Fuerunt autem exules ſcytharum (ut Iuſtinus ſcribit lib. xli.) Nam ſcythico ſermone parthi exules dicuntur. Omnes equitare & ſagittas emittere magna induſtria liberos docent. Pugnas admirabili ardore ineunt, ſed diu pugnare non ualentes in ipſo ardore certaminis Prælia deſerũt, ac poſt pugnam ex fuga repetunt, & cum maxime uiciſſe te putes, tũc tibi diſcrimen ſubeundum ſit. De quibus Virgilius. iii. georgico.

Fidentemq; fuga parthum uerſiſq; ſagittis.

Cominus in acie præliari neſciunt, obſeſſaſq; expugnare urbes. pugnant autem procurrentibus equis aut terga dantibus, ſæpe etiam fugam ſimulant, ut incautiores inſequentes habeant, dicente Lucano.

Pugna leuis, bellumq; fugax, turmæq; uagantes,
Et melior ceſſiſſe loco q̃ pellere miles.

Illita terra dolis:nec martem cominus unquā.
Auſa pati uirtus. ſed longe tendere neruos.
Et quæcunq; uelint permittere uulnera uentis.

Apud illos(ut idem Iuſtinus ſcribit)auri argentiq; nullus niſi in armis uſus. Vxores ſinguli plures habent nec ulla delicta adulterio grauius uindicant. Quamobrem fœminis non cō uiuia tantum uirorum, uerum etiam conſpectum interdicunt. Carne non niſi uenatibus quæſita ueſcuntur. Equis oī tempore uectantur, illis bella, illis conuiuia, illis publica ac priuata officia obeunt. Sepultura uulgo aut auium aut canum laniatus eſt. Nuda demum oſſa terra obruuntur Natura taciti. Ad faciendum q̄ ad dicendum promptiores. Proinde ſecunda aduerſaq; ſilētio tegunt. Principibus metu nō pudore parent. In libidine proiecti. In cibum parci. Fides dictis promiſſiſq; nulla, niſi quatenus expedit. a Romāis tribus bellis per maximos duces laceſſiti ſoli ex omnibus gentibus non ſolum pares, uerum etiam uictores fuere. Oppida ī ſignia parthorum. Ab occaſu Iſſatis:& Calliope. Ab oriente æſtiuo Pyropum. Ab hyberno Mania:in medio hecatonpylos. Arſace regio. Niſea. Parthiene nobiles, & Alexandropolis a conditore dicta(ut lib.vi.Plynius refert.)

Pharuſi populi fuerunt in aphrica uerſus oceanum occidentalem:qui(ut li.iii.Pomponius ſcribit)aliquādo tendente ad heſperidas hercule dites fuerunt:nunc inculti. Et niſi ꝙ pecore aluntur:admodum inopes. Hinc iam lætiores agriamœniq; ſaltus.

Pathmos inſula eſt in mari ægæo:quæ(teſte Plynio.li.iiii.) patet circuitu .xxx. millibus paſſuum. In ea Ioannes apoſtolus ſcripſit Apocalypſim:qui liber a noſtris reuelatio dici poteſt.

Patrimonium ſancti petri regio eſt tuſciæ, quam in maritimis inchoare tradunt. In ea Saona oppidũ, Sancta Flora, Aqua pendens, Griptæ, Sanctus Laurentius, Bulſena, Martha, Caſtrum ciuitas, Tuſcanella oppidum opulentiſſimum, Monſflaſconus, Balneum regium, Vrbs uetus, Orta ciuitas uetuſta, Ciuitas caſtellana olim Veientana urbs, Caſtrum nouum, Galliẽſium oppidum, nepe, Viterbium, Surianum oppidum, quod arcem habet munitiſſimam, Vetrala, Sutriũ, Roncilionum, Crapalica, Bacchane uetuſti nominis locus, Et alii complures.

Phæaces populi fuerunt Corcyræ inſulæ ſub ditione Alcinoi regis: de quibus Virgilius .iii. æneï.

Protinus aereas phæacum aſcendimus arces.

Et iuuenalis.

Tam uacui capitis populum phæaca putauit.

Fuit autem Alcinous rex phæacum iuſtiſſimus, diligẽſq; hortorum cultor. De quo Virgilius .ii. georgico.

Pomaq; & alcinoi ſiluæ. Et Ouidius in .xiii. met.

Proxima phæacum fœlicius obſita pomis

Rura petunt.

Ad Alcinoum naufragus uenit Vlyſſes: qui regio cõuiuio ſuſceptus eſt: erroreſq; ſuos enarrauit: diſcedenſq; multis ab eo muneribus donatus eſt.

Pelaſgia regio ẽ europæ, quæ prius Theſſalia dicebatur, Et eſt circa extremam partẽ Macedoniæ uerſus Achaiam. pelaſgi enim dicti ſunt a pelaſgo Iouis filio, ut pleriq; uoluerunt.

Peligni populi fuerunt in aprutio ubi erat Sulmo oppidum Ouidii poetæ elegantiſſimi patria, ipſo dicẽte in fine amoꝝ.

Mantua Virgilio gaudet Verona catullo.

Pelignæ gentis gloria dicar ego.

Pelopõesus pene ĩsula est (teste Ply. lib. iiii.) puincia ẽ europæ, haud ulli terre nobilitate postferẽda ĩter duo maria. ægæũ & Ioniũ, platani folio similis, a pelope Tãtali rgis phrygũ filio denoĩata. Quæ pp ãgulosos rcessus. dlxiii. m. pa. colligit. Angustias siue isthmũ pelopõesi pfodere nauigabili alueo tentauere Demetri⁹ Rex, Cæsar dictator. Domiti⁹ Nero in fausto (ut oĩum exitu patuit) ĩcæpto. In ea Corĩthus, Argos, Mycene, Lacedæmõ, pre Methone. Corona, malea pmontorium, Epidaur⁹. Regiões, Laconia, Archadia, Sicyonia, Messenia Achaia. Ibi quoq; fuit Tirynthia urbs Argo pxĩa: ex q̃ cũ nat⁹ & educat⁹ fuerit Hercules dict⁹ ẽ Tirynthi⁹ (ut Macro. placet.) Fuit autem Iouis ex Alcmena filius cuius laudes & duros labores Virgilius ænei. viii. elegantissime descripsit.

Hic iuuenum chorus, ille senum qui carmine laudes.
Herculeas, & facta ferant, ut prima nouercæ.
Monstra, manu geminosq; premens eliserit angues.
Vt bello egregias idem disiecerit urbes.
Troiamq; œchaliamq;, ut duros mille labores
Rege sub Euristheo fatis iunonis iniquæ
Pertulerit, tu nubigenas inuicte bimembres.
Hileumq; pholumq; manu, tu cressia mactas
Prodigia, & uastum nemeæ sub rupe leonem.
Te stygii tremuere lacus: te ianitor orci
Ossa super recubans antro semessa cruento.
Nec te ullæ facies: non terruit ipse typhoeus.
Arduus arma tenens, non te rationis egentem.
Lernæus turba capitum circumstetit anguis.
Martialis. li. ix. epigrammatum hæc superaddit.
Si cupis alcidæ cognoscere facta prioris.
Disce, libyn domuit, aurea poma tulit.

Peltatam ſcythico diſcuſſit amazona nodo.
Addidit archadico terga leonis apro.
Aeripedem ſiluis ceruam ſtymphalidas undis,
Abſtulit.a ſtygia cum cane uenit aqua.
Fœcundam uetuit reparari mortibus hydram.
Heſperias tuſco lauit in amne boues.

Quidam uero non tirynthium, ſed thebanum Herculem dixere. Quattuor autem fortitudine præſtantes Hercules legimus, Tirynthium, argiuum, thebanum, & libyn.

Pentapolis regio eſt iter palæſtinam & arabiam ſita, quæ a qnq; ciuitatibus cognomen aſſumpſit. Olim fœcunda & uberrima fuit: nunc autem deſerta atq; exuſta. Nam pro ſcelere incolarum de cœlo ignis deſcendit: qui regionem illam in cineres æternos diſſoluit. Et (ut Soli. ſcribit) eam regioné de cœlo tactam teſtatur humus nigra & cinere ſoluta. Duo ibi oppida Sodomum nomiatum alterum, alterum Gomorrum. Apud quæ pomum quod gignitur habeat licet ſpecimé maturitatis, mandi tamen non poteſt Nam uel leui præſſa tactu fumum exhalant: & fatiſcunt in uagum puluerem: quaſi adhuc ardeant. Eſt etiam pentapolis regio in Libya a quinq; ciuitatibus ſic dicta. Quæ & Cirenaica dicta eſt (ut ſupra in Cirene prouincia ſcripſimus.)

Peonia dudum fuit regio ab herba peonia: quæ in illa abundat cognominata, poſtea dicta Emathia. Sed eam iam eſſe ptem macedoniæ Iuſtinus i. vii. ſcribit: in qua regnaſſe fertur Telegonus pater Aſtriopei: cuius troiano bello inter clariſſimos uindices urbis nomen accipimus.

Perſis ſiue perſia prouícia eſt aſiæ: quæ (teſte Ptolemæo. li. vi.) terminatur a ſeptentrione Medis, ab occaſu Suſiana, ab ortu ſolis duabus Carmaniis, a meridie parte ſinus perſici eius

oppida insignia sunt Axima persepolis, Diospolis, & Marasium. Cognomen sumpsit a perseo antiquo rege. Ibi primũ inuenta est ars magica. Ad eam Nembroth gygas post confusionem lĩguarum abiit, persasq; ignem colere docuit. Omnes enim ea regione Solem Deum esse dicunt. Ab hac prouincia (ut ply. refert. li. xv.) persica poma aduecta fuerunt. Et falsum est uenenata in persia gigni, & pœnarum causa regibus translata in ægyptum. Coaspis nobilis fluuius est persidis regionis. primus ex regibus persarum (teste Iustino. li. i.) Cyrus fuit, qui deuicto Astyage ultimo Medorum Rege, imperium Medorum transtulit in persas. Cyrus itaq; subacta Asia uniuersum orientem in potestatem redegit. Ad postremum cum Scythis bellum intulisset magna q; eos clade affecisset. Tamyris eo tempore Scytharum Regina compositis insidiis ducenta millia persarum cum ipso Rege trucidauit, Illudq; memorabile fuit, q neq; nunci⁹ tantæ cladis superfuit. Caput Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletum, coniectum fuit cum hac exprobatione. Satia te sanguine inquit, quem sitisti, cuiusq; insatiabilis semper fuisti. Regia Cyri lapide candido & uario extructa fuit, cum columnis aureis, & lacunaribus, gemmisq; distincta. Continebat autem simulachrum cœli, stellis micantibus præsignatum, & cæte a humanis mentibus ĩcredibilia. In perside quõdam fuit Barbite oppidum, in quo (ut Solinus testatur, mortales uniuersi odio auri coemunt hoc genus metallicum, & abiiciunt in terrarum profunda, ne polluti usu eius auaritia corrumpant æquitatem. In ea regiõe lapidum tanta copia ẽ tantaq; diuersitas, ut longum pene sit, ipsis uocabulis immorari. In ea prouincia natam ferunt Sibyllam primam, cuius mentionem fecit Nicanor, qui res gestas Alexãdri Macedo

nis scripsit. Eam de Christo hæc prænunciasse tradiderunt, Panibus simul quinq; & piscibus duobus hominum millia in heremo quinq; satiabit, & reliquias tollens duodecim cophinos implebit in spem multorum.

Pterophoros regio est apud ripheos montes (ut li. iiii. Plynius refert) pars mundi damnata a natura rerum & densa mersa caligīe. Neq; in alio q̄ rigoris opere, gelidisq; aquilonibus cō ceptaculis. Pone eos montes, utraq; aquilonem gens fœlix, quos hyperboreos appellauere. Ibi creduntur esse Cardines mundi, extremiq; syderum ambitus.

Phœnicia regio est ī syria a phœnice rege sic cognominata. Iudeæ contermina. Terra fertilis, & frugibus fœcunda. phœnices tradunt litterarum græcarum fuisse inuentores. De quibus plynius lib. v. Gens phœnicum in gloria magna est litterarum inuentionis, & siderum, naualiumq; ac bellicarum artium. Fama quippe est (teste Cornelio Tacito) Cadmū classe phœnicū uectum rudibus adhuc græcorum populis eius fuisse auctorem artis. Vnde Lucanus li. iii.

Phœnices primi (famæ si creditur) ausi
Mansuram rudibus uocem signare figuris.

Et (ut Pomponius scribit lib. i.) Sollers est hominum genus, & ad belli pacisq; munia eximium, litteras aliasq; artes, maria nauibus adire, classe confligere, imperitare gentibus, regnū præliumq; commenti. In ea est Tyros aliquando insula, nunc annexa terris. Defecit ab impugnante quondam Alexandro. Est & opulenta Sydon, & anteq̄ a persis caperetur, maritimarum urbium maxima. Est Carmelus mons, & Libanus mons altissimus, in quo thura leguntur, cuius pars q̄ orientem spectat antelibanus uocatur.

Picenum regio est Italiæ, quam a pico aue qui olim in eorum

uexillis consedisse fertur, cognominari uolunt. Nunc Marchia anconitana uocatur, Incipit autem ab amne troento Asculum præterlabés usq; ad Isaurum fluuium, qui nunc folia dicitur. Et hinc apenino, hinc supero terminatur. Eius clarissimæ sunt ciuitates. Pisaurum ciuitas a Romanis condita: Fanum fortunæ & senogallia. Quas senonum fuisse. lib. iii. asserit ptole. Vrbinum uetusti nominis ciuitas percelebris Federico duce Viro utiq; summis laudibus celebrãdo. Qui & rerum gestarum gloria clarus: & litterarum studiis apprime eruditus fuit. Ancona urbs uetusta a Syracusanis condita: uini ac frugum uberrima. Quæ seruatæ dudum libertatis gloria decoratur. Cuius portum Traianus imperator insigni opere & tutissimum nauibus extruxit. Camerinum ciuitas ĩ picentibus uetustissima. Firmum romãorum colonia Asculum ciuitas uetustissima: aliquando picentum primaria. Locus præualidus & munitissimus. Cui circunstantes montes supereminent: nullis penetrabiles exercitibus. Ea genuit Ventidium bassum ducem Romanum: qui primus parthos fudit: & Nicolaum tertiũ ponti. Romano. In hac regione summo in apenino est cauerna ingens sibyllæ a uulgo appellata. Et paulo superius in Nursinorum agro lacus ille: quem uano ferunt mendacio piscium loco dæmonibus scatere.

Pygmæi populi sunt in Arabia: minutum genus (ut libro tertio pmponius refert. Quod pro satis frugibus contra grues dimicando defecit. sunt ibi multa uolucrum: multa serpentum genera. (Vt autem scribit plyni. libro septimo) pygmæi incolunt extrema montium Indiæ: salubri cœlo: semperq; uernante: montibus ab aquilone oppositis. Quos a gruibus infestari prodidit. Fama est insidentes arietum caprarumq; dorsis: armatos sagittis ueris tempore

uniuerso agmine ad mare descendere, & oua pullosq; earum alitum consumere, aliter futuris gregibus non resisti. Horũ longitudo (teste Gelio. in. ix. aticarum noctium) non excedit pedes duos & quadrantem. Quorum mulieres quinto anno pariunt, & octauo senescunt. Habent singulare bellum contra grues, & impares aliquando a gruibus per aera deportantur. De quibus Iuuenalis satyra. xiii.

Ad subitas thracum uolucres nubemq; sonoram.
Pygmæus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hosti, raptusq; per aera curuis
Vnguibus a sæua fertur grue, si uideas hoc.
Gentibus in nostris, risu quatiere: sed illic
Quamq̃ eadem assidue spectentur prælia, ridet
Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.

Pisidæ populi fuerunt in asia minori, quõdam Solymi appellati (ut libro quinto plynius refert.) Quorum colonia Cæsarea, eadem Antiochia. Oppida Oronda, Agalesos.

Psylli populi sunt in aphrica (ut Plynius scribit lib. yii.) a Psyllo Rege dicti. Horum corpori ingenitum fuit uirus exitiale serpentibus. Et (ut Solinus refert) Soli morsibus anguium nõ interibaut. Vnde Lucanus in octauo. Gens unica terras
Incolit, a sæuo serpentum innoxia morsu.
Marmaridæ psylli, par lingua potentibus herbis.

Hi liberos protinus genitos serpẽtibus offerebãt Si partꝰ adulteri essent, mox paruuli interibant. Si pudici, a morte paterni sanguinis priuilegium tuebatur. Eam gentem a Nasamonibus sublatam prodiderunt.

Phrygia prouincia est minori asia, quæ a phrygio amne qui illam a Caria diuidit cognomem accepit. Vt alii uoluerunt a phrygia cecropis filia. Fuit autem cecrops prius Atheniensi

um Rex in hac est dardania a rege dardano Iouis filio co-gnominata. Quæ postea a Troe eius nepote Troia dicta fu-it, in qua fuit Ilion urbs toto orbe famosissima & a clarissi-mis poetis decantata, phrygia Troadi subiecta est (ut solino placet) aquilonia parte galatiæ collimitata. A meridiana ly-caoniæ pisidiæ, mygdoniæq; contermina. A parte qua dies medius est. Ida mons est & Tmolus croco florentissimus. Amnis pactolus, quem aurato fluore decurrere tradũt. Ali-ter Chrysooram uocãt. In his locis animal nascitur quod bo nacum dicunt. Cui Taurinum caput, ac corpus omne, tan-tum iuba equina Ex ea originem duxit sibylla nona quæ ua-ticinata est Ancile. Tuba de cœlo uocem luctuosam emit-tet. Tartareum chaos ostendet dehiscens terra. Venient ad tribunal dei Reges omnes. Deus ipse iudicabit pios simul & impios. Tunc demum impios in ignem & tenebras mittet. Qui autem pietatem tenent iterum uiuent.

Pythacusa insula est in mari tusco contra campaniam sita. In qua oppidum fuit, quondam in colle situm nomine pythacusæ. Ouidius. xiiii. meta. æneæ nauigatiõem describens ait.

Inarimem prochytamq; legit, steriliq; locatas.
Colle pythacusas. Hanc olim simiarum fœcundissimam nonnulli tradiderunt.

Phthia regio est thessaliæ Achillis patria. Vt Briseis in episto la ad Achillem apud Ouidium.

Quam sine me phthiis canescant æquora remis.
Et uideã puppes ire relicta tuas.
Et Virgilius primo ænei.
Veniet lustris labentibus ætas.
Cum domus assaraci phthiam, clarasq; mycenas.
Seruitio premet, ac uictis dominabitur argis.

Phocis parua fuit helladis siue achaiæ regio. De qua Ouidius in primo meta.

Separat aonias acteis phocis ab aruis.

Terra ferax. Ea regio (teste Pomponio lib. secundo) Apollinis delphici oraculo famosa est. Nam ī ea sub Helicone mōte est ciuitas Delphi ubi erat templum ditissimum Appollinis. Fons Castalius, & cephisus amnis Delphos præterfluēs. In ea quoq; mons parnasus altissimus. De quo Ouidius primo meta.

Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus.

Nomine parnasus, superatq; cacumine nubes.

Horum utiq; alter helicon, alter cytheron appellatur. Helicū alio nomine Cirrha cognominatus est, & cytheron Nisa. Citheron baccho sacer est. Helicon apollini consecratus.

Pontus prouincia est asiæ minoris (ut li. quinto monstrat Ptolemæus) quæ ab occasu ore ponti & thracio bosphoro a meridie regione quæ proprie asia dicitur. A seprentrione parte Euxini maris terminatur. Est autem bithyniæ coniūcta. Cuius ciuitates insignes. Calcedon, Nicomedia, Aparnia & Nicea. Montes clari, Orminius & Olympus. In ponto regnauit Mithridates qui magna ui animi & corporis præditus Nicomedem Bithynia, Ariobarzanē cappadocia expulit. græciam, insulasq; omnes excepto Rhodo occupauit, Euboiam, & ipsum græciæ decus Athenas expugnauit, Bellumq; cum pon. Roma. per q̄draginta annos magna uirtute gessit, adeo ut Italiam iam, ipsamq; urbem Romam regius terror afflaret. Quem. L. Cornelius silla duobus præliis atriuit Archelaumq; eius prefectum cum centum. xx. millibus equitum cōtra Ro. exercitum uenientem ita uicit & superauit, ut uix decem prælio superessent.

Porphyris insula est in Laconico mari, quinq; millibus passuum distans a maleæ promontorio, quæ postea Cithera dicta fuit ob memorabile templum Veneri sacrum. Est autem Malea promontorium peloponesi regionis quod (teste seruio super. v. æneí.) per quinquaginta milliaria in mare protenditur ubi unda adeo sæua est, quod persequi nauigantes appareat Vnde statius lib. septimo thebaidos.

Et raucæ circumsonat ira malææ. Et Virgili. lib. v. æneí.

Ionioq; mari maleæq; sequacibus undis.

Assumpsitq; nomen a Maleo argiuorum rege, qui super illo ditissimum construxit templum Appollini sacrum quod maleoticum appellauit.

Prochyta insula est in mari tusco, contra Campaniam sita, de qua Virgili. ix. ænei. Tum sonitu prochyta alta tremit. Et Ouidius. xiiii. meta. Inarimen prochytamq; legit. Inarimes mons fuit qui terremotū passus, hanc fudit insulam, quæ ab effusione prochyta est nuncupata.

Proconessus insula est in propontide, quam solam inter alias habitari pleriq; dixerunt.

Prosopis insula est (ut scribit Herodotus) in delta nili, in qua est ciuitas Atarbechis.

Prouincia regio est galliæ narbonensis, rhodano amni finitima, qui eam a celtis diuidit.

R



Enunciata insula est in æthiopico mari, quæ (ut Plynius refert libro sexto) adeo diues est, ut equos talentis auri incolæ permutent.

Rhetia prouincia est europæ: quæ (ut lib. ii. scribit Ptolemæus) ab occasu limites ha-

bet montem adulam & fontes Danubii & Rheni. Ab ortu amnem lycium, qui in Danubium exit & Rhetiam a Vindelitia diuidit. A septentrionali parte Danubium. A meridie alpibus terminatur supra Italiam extensis. Videlicet supra eam partem Italiæ, quæ gallia cisalpina dicitur, seu (ut nostri uoluerunt) Lombardia post Rhetiam uersus oriẽtem sequitur Vindelicia cui Noricum adhæret. Eno tãtum fluuio disiuncta. Rhetiæ opulentissima ciuitas (teste ptolemæo lib. secundo) Brigantium fuit. sũt & aliæ urbes Eragodurum, Dracuina, Viana Et (ut Plynius refert lib. iii.) in ea populi sunt. Triumpilini, Canuni, Vennotes, Venonentes. Eam nunc regionem pleriq; Bauariam appellant.

Riphæi populi sunt Asiæ uersus Arcton, Vbi & montes Riphæi quos Riphaat filius Gomer instituit, & a se Riphæos nominauit (ut Iosephus refert. li. i. antiqtatis iudæorum.) Riphæi montes a perpetuo uentoꝶ flatu uocant̃. Virg. iii. geor.
Gens effrena uirum riphæo tunditur euro.

Rhodos insula est pulcherrima lyciæ (ut lib. ii. Pompo. refert) prima cycladum uenientibus ab oriente. In qua dum urbis fundamenta foderentur, rosæ capulum inuẽtum est, a qua ciuitas & insula cognominata creditur. Nam rhodos græcæ latine rosa dicitur. Cuius circuitum. cxxv. m. pas. prodiderũt Nunq̃ (teste soli.) ita cœlum nubilum est, ut in sole Rhodos non sit. In ea quondam fuit (ut ply. refert lib. xxxiiii.) ingens statua, quem Colossum uocant turribus parem. Eam solis colossum dixere, quem fecit Clares Lyndius Lysippi statuarii celeberrimi discipulus. Fuit. n. altitudinis cubitorum. lxx. Qui post quinquagesimum annum terremotu prostratus, iacens quoq; miraculo est. Pauci pollicem amplectũtur. Maiores sunt digiti, q̃ pleræq; statuæ. Duodecim annis tradunt

effectum trecentis talentis. sunt alii centum minores in eadē urbe, ubicunq; singuli fuissent, nobilitaturi locum. Vrbes in ea opulentissimæ. Lyndus, ex qua Clares statuarius supradictus genitus est. Et Rhodos ciuitas nobilissima, quæ portu insigni & situ munitissima est. Ea autem insula citris, & malis aureis, oleis ac uitibus, fructibusq; omnis generis abūdat.

Rutheni populi sunt galliæ non longe ab auernis & santhonibus.

Rutuli populi fuerunt Italiæ, non longe ab urbe Roma, ubi Ardea oppidum situm erat.

S



SABEI populi sunt in Arabia, apud quos thura, plurimiq; odores nascuntur. Cynamum legunt. Quod fructetum (teste solino) situ breui nascitur ramo humili & represso, nunq̄ ultra duas ulnas altitudinis. Quod gracilius prouenerit, eximium magis dicitur. Verum legit᷑ per sacerdotes hostiis prius cæsis. Nec ortum solis anticipant, nec egrediūtur occasum. Sabei quondam originem duxerunt a saba nepote Cham, ut Iosephus refert lib. i. antiquitatis iudæorum.

Sabini populi fuerunt in Italía haud longe ab urbe Roma, a religione & deorum cultu sic dicti. Qui (ut Plutarchus ī uita Romuli scribit) ciuitates sine mœnibus incolebant. Et ob raptas filias diu cum Romanis bella gessere. Sabini (auctore Strabone li. v.) angustum incolunt agrum, in longitudinem protensum a Tyberi usq; Nomentum oppidum stadiis mille usq; ad Vestinos. Paucas quidem ac tenues habent urbes, bellorum assiduitate uastatas. Amiternum & Interocreā uicum Reati finitimum.

Sacæ siue sacharum regio est in asia ultra mare caspium sogdianis contermina (ut lib. sexto scribit Ptolemæus) In qua nec urbes nec uicos esse testatur. Sed incolæ eius regionis nemora & specus habitant, sagittandi arte peritissimi. Qui olĩ bactrianam prouinciam ocupauere, & optimam Armeniæ regionem adepti sunt (ut lib. undecimo Strabo refert) atq; usq; ad Cappadocas processerunt, eos præsertim qui ad Euxinum uergunt. Sed cum ex spoliis festa celebrarent, persarum imperatores eos noctu adorti funditus deleuere.

Salamina insula est in euboico mari, contra Athenas sita In qua urbs est eiusdem nominis, ubi Telamonem Aiacis & Teucri patrem regnasse ferunt. Sed cum Teucer a bello Troiano reuersus fuisset, nec de inimicis Aiacis ultus fuisset, a patre expulsus, urbem aliam Salamĩam in Cypro condidit.

Salassorum regio magna est (auctore Strabone lib. iiii. profundam utrinq; uallem claudentibus rupibus. Eorum etiam ps in superiora extenditur cacumina. Aurifodinas hẽnt. Quos Cæsar Augustus funditus deleuit. Est autem regio galliæ alpina Boiis Eluetiisq; finitima.

Salentinorum regio, quæ nunc (ut pleriq; uoluerũt) terra Idrũti siue terra de bari nuncupatur, in Italia sita est, & apuliæ finitima. De quibus Virgilius lib. iii. Et salentinos obsedit millite campos. In ea sunt ciuitates Rudia, Neritum, Aletium, Bausta, Vxentum, ut Ptolemæus refert lib. iii. Est quoq; ĩ ea Iapygium promontorium, quod & Salentinum dicitur. Ibi Mineruæ fanum aliquando locupletissimum, ut Straboni placet.

Samaria regio est palæstinæ inter Iudæam & galilæam sita. Dicta est autem ab oppido samaria, quæ quondam ciuitas fuit regia in Israel. Ea nunc ab Augusti nomine sebasta nuncu

patur. Incipit autem a uico Genaniæ in planicie posito. Mores & cultus tenet iudæorum.

Samarobrinæ populi fuerunt galliæ inter belgas. Et est locus ubi Cæsar gallorum concilium indixit, & aliquando hyemauit, ac impedimenta exercitus, obsides ciuitatum, ac frumẽtum reliquit. Hanc Cameracensem esse urbem quibusdam placet, quam sabis fluuius interfluit. Ager fertilis opportuno loco constitutus.

Samos siue samothracia insula est in ægæo mari thraciæ adiacens, quæ prius samos dicta est, postea ex commixtis. Thraciæ incolis samothracia dicta fuit. De qua Virgi. in. vii. æneí.

Threiciamq; samum, quæ nunc samothracia fertur.

Est autem oliuetis fœcunda, incolis frequens & hospitibus celebrata. Fuit quondam Iunoni dicatissima eo ꝙ in illa nata educataq; fuit & Ioui nupta, ut cantatissimi dixere poetæ Ibiq; a Samiis nobilissimum templum illi dicatum Nã ante Iunonis aram erat eius statua, qua nec pulchrius nec ditius quicq̃ est. Est. n. crinibus, frõte, & in oĩbus mẽbris suis admirabilis. Hæc fuit Pythagoræ patria & unius Sibyllarum. illic primum fictilia uasa facta dicuntur, quæ & samia appellata sunt. Ea priscis temporibus samos uocata est (ut Diodo. scribit. lib. vi.) Ab incolis qui ex thracia eo profecti sunt, dicta ẽ samothracia. In samo nata est sexta sibylla, de qua scripsit Erathostenes. Eam de christo præcinisse ferunt. Tu enĩ stulta Iudæa Deum tuum non cognouisti ludentẽ mortaliũ mentibus, sed & spinis coronasti horridumq; fel miscuisti.

Sãnium siue Aprutium regio est Italiæ, inter picenum, campaniam, & Apuliã posita, quæ ĩsignes habet ciuitates, ut supra ĩ Aprutio descripsim⁹. samnites quõdã ingẽti clade Romanos attriuerũt. Nam apud Caudinas furculas Romanũ

exercitum prælio uictum sub iugum miserunt, quos. L. papirius Cursor omni bellica laude dignus summa insternitione deleuit, nec prius finis cædibus datus, q̃ iugum hostibus & duci capto reposuit.

Santones populi fuerunt galliæ inter aquitanos annumerati, Tolosatibus & Pictauis propinqui. Hos memorat Cæsar in cōmentariis.

Sarcagæ populi sunt (ut Pomponio placet) iuxta mæotidem paludem. Quorum oppida Murmetion, Panthicapheum, Theodosia, Hermisium.

Sardinia insula est inter aphricum & tyrrhenum pelagus sita. Quæ a sardo filio Herculis (ut Solinus refert) nomen sortita fuit, qui e Libya ueniens insulam occupauit. Cuius magnitudo in circuitu patet. Dlxii. millibus passuum. Insula est (ut Pomponio placet) fertilis, & soli q̃ cœli melioris. Atq; ut fœcunda, ita pene pestilens. In ea ātiquissimi populorum sunt Ilienses Vrbium opulentissimæ, Caralis & Solci. In sardinia nec serpens nec lupus gignitur. In metallis argentariis plurima est (ut Solinus scribit.) Nam solum illud argento diues est. Ibi nascitur herba sardonia, quæ si edatur, uescentibus neruos contrahit. Stagna pisculentissima sunt. Fontes calidi & salubres aliquot locis qui aut solidant ossa fracta, aut molliunt. Ocularias dissipant egritudines, & coarguendis ualent furibus Nam quisquis sacramento raptum negat, detegitur facinus cæcitate. Ibi Sardonyx lapis coloris rubei primum compertus est. Sardiniam Timeus Sandaliotim appellauit ab effigie soleæ, ut libro. iii. Plynius refert.

Sarmatia prouincia est Europæ, quæ (ut li. iii. scribit Ptolemæus.) a septētrione oceano terminat̃, ab occasu pte germaniæ,

a meridie Iazigibus metanaſtis Cuius inſignes ciuitates. Tamyraca, Naubarum, Olbia. Eam nunc pleriq; Ruſſiam & Tartariam eſſe crediderunt, Gens eſt (ut pomponius refert) habitu, armiſq; parthicæ proxima, uerum ut cœli aſperioris, ita ingenii. Non ſe urbibus tenent, & ne ſtatis quidem ſedibus. Vt inuitauere pabula, ut cedens & ſequens hoſtis exiſtit ita res opeſq; ſecum trahens. Semper caſtra habitant, bellatrix, libera, indomita, & uſq; eo immanis atq; atrox, ut fœminæ etiam cum uiris bella ineant. Eſt etiam Sarmatia ĩ aſia (ut li.v. refert Ptolemæus) quæ a ſeptentrione terra incognita terminatur, ab occaſu Sarmatia Europæ & tanai fluuio. Cuius ciuitates inſignes ſunt, Hermonoſa, Oenanthia, Tyramba, Tanais & Nauaris. Caucaſii montes ſunt in Sarmatia aſiæ, ut libro quinto refert ptolemæus portæ uero Caucaſiæ magno errore a multis caſpiæ dictæ (ut plynius auctor eſt) ĩgens naturæ opus & montibus interruptis repente ibi fores obditæ ferratis trabibus.

Sartæ populi ſunt europæ ſcythiæ contermini, qui (ut Pomponius ſcribit) auri argentiq; maximarum peſtium ignari, uice rerum commertia exercent, Atq; ob ſæua hyemis admodum aſſiduæ, demerſis ĩ humum ſedibus ſpecus aut ſuffoſſa habitant, totum brachati corpus & niſi qua uident etiam ora ueſtiti.

Satagytæ populi fuerunt in ſcythia aſiæ, ut libro. iiii. ſcribit Herodotus.

Satarchæ populi ſunt in Scythia, qui (teſte Solino) uſu auri & argenti damnato, in æternum ſe a publica auaritia abdicauerunt.

Satyri ſunt in Aphrica (ut Pomponius refert) in confinibus æthiopiæ, Quibus præter figuram nihil moris humani. Vt

autem Plynius scribit.lib.vii.Satyri sunt sub solanis Indorū montibus pernicissimum animal tanquā quadrupedes, tā recte currentes humana effigie, ut propter uelocitatem nisi senes aut ægri non capiantur. Hieronymus uero in uita Pauli de his ita scribit. Cum beatus Antonius ad paulum pergeret, uidit homunculum aduncis naribus, & fronte cornuta, cui extrema corporis in caprarum pedes deficiebant. Et cū quisnam esset, interrogasset Antonius respondisse fertur. Mortalis ego sum, unus ex accolis heremi, quos uano errore delusa gentilitatis Faunos satyrosq; & incubos colit.

Satyrorum insulæ sunt tres contra Indiam extra gangem sitæ ut lib.vii.refert ptolemæus. Qui habitant, caudas habere dicuntur, quales satyris pinguntur.

Sauromatæ populi sunt (ut libro.iiii.scribit Herodotus) ultra paludem mæotidem uersus boream constituti, quos plynius lib.iiii.dixit esse scytharum gentes, quas Sarmatas Romani appellauerunt. Græci uero sauromatas. Qui nihil præter niues rarasq; siluas habent, quibusdam tanta est Barbaries, ut pacem non intelligant. Ideo satis Augusto uisum est, eos p Lentulum prohibere Danubio.

Saxones populi fuerunt germaniæ non longe a cimbris (ut li. secundo scribit Ptolemæus) in oceani septentrionalis littoribus & paludibus inuiis coustituti. Viri bellicosi, uirtute atq; agilitate habiles. Durum & ualidissimum genus hominum, & præstans cæteris pyraticis. Qui cum Carolo Magno tres & triginta annos diu uariante uictoria bellum gessere. Tandem apud hesam fluuium uictos ditioni suæ parere coegit.

Scandinauia insula est oceani septentrionalis, in codano sinu posita. Eam incompertæ magnitudinis plynius lib.iiii.esse at

testatur, portio tantum eius nota est Hilleuionum gente, qn gentis incolente pagis. Eam alterum orbem terrarum esse crediderunt.

Scardona insula est in mari adriatico, adiacens illyrico, ut lib. ii. refert ptolemæus. In qua ciuitates duæ. Collentum & Arba oppidum ficubus optimis abundans.

Sparta urbs est peloponesi, quæ (teste eusebio) a sparto phoronei filio condita est. Ea alio nomine lacedæmon appellatur, a qua regio ipsa lacedæmonia seu spartana dicta fuit. Est autem laconiæ ciuitas Laconia uero regio peloponesi. Fuit autem ciuitas græciæ insignis & præstantissima, quæ diu cum Atheniensibus grauia bella gessit. Atq; ita duo potentissimi græciæ populi institutis solonis & Lycurgi in bellum ruerunt. Lycurgus siquidem, (ut Iustinus refert libro tertio spartanis leges instituit, nõ inuentione earum magis q̃ exemplo clarior. Nihil enĩ ulla lege in alio sanxit, cuius non ipse primus in se documenta daret. Populum in obsequia principum, prĩcipes ad iusticiam impiorum firmauit. Parsimoniam omnibus suasit. Emi singula nõ pecunia, sed compensatione mercium iussit. Auri argentiq; usum uelut omniũ scelerum materiam substulit. Fũdos omnium æqualiter diuisit. Conuiu ri omnes publice iussit. Iuuenibus non amplius una ueste uti toto anno permissum. Statuit uirgines sine dote nubere. Maximum honorem non diuitum & potentum, sed pro gradu ætatis senum esse uoluit. spartanis uirginibus (ut scribit Cicero in. ii. tusculanarum quæstionum) magis palæstra, sol, puluis, labor, & millia in studio est q̃ fertilitas barbara filiorum. Vnde & uarium habitum ab aliis uirginibus ferre consueuerant, dicente Virgili. i. ænei.

Virginis os:habitumq; gerens,& uirginis arma
Spartanæ.

Fuit autem Lacedæmon Chilonis philosophi patria (ut ply. refert.lib.vii.)Lampido quoq; lacedæmonia una fœminarum in omni æuo fœlix r̄fertur,quæ Regis filia,Regis uxor Regis mater fuit.

Sena insula est(ut lib.iii.pomponius scribit)in Britannico mari,aduersa littoribus galliæ,numinis oraculo insignis.Cuius antistites perpetua uirginitate:sãctæ numero nouem esse traduntur.Gallicenas uocant,putantq; ingeniis singularibus præditas,maria ac uentos concitare carminibus,seq; in quæ uelint animalia uertere.Sanare quæ apud alios insanabilia sunt.Scire uentura,& prædicare,sed non nisi dedita nauigãtibus,& illuc tantum,ut se consulerent profectis.

Scenæ populi sunt arabiæ nobiles monte cassio,qui (teste Solino)tentoriis succedunt,nec alias domos habent. Ipsa autem tentoria caprarum pilis texta sunt.Suillis carnibus prorsus abstinent.Nam hoc animal si uectũ illo fuerit,illico moritur.

Senones populi fuerũt galliæ inter Celtas,finitimi Belgis, Parisiis,ac carnutibus.quos Cæsar bello domuit.Sed quondã duce Breno cum exercitu trecẽtorum millium Romam uenientes,ipsam diripuerunt & incenderunt.Quos Furius Camillus subito aggressus adeo cæcidit,ut omnium incendiorum uestigia gallici sanguinis undatione deleret.

Seres siue serica regio est in asia,qua ab scythico oceano & mari caspio in oceanum eorum cursus ĩflectitur.Hi ex foliis arborum uellera depectunt(ut solinus refert.)Hoc illud est sericum,quo ostentare potius corpora q̃ uestire,primo fœminis,nunc etiam uiris persuasit libido Virgilius primo geor.

Velleraq; ut foliis depectunt tenuia seres.
Populi sunt mites, & inter se quietissimi. Reliquorum mortalium cœtus fugiunt, adeo ut cæterarum gentium commertia abnuant, depositarumq; rerum pretia sine interprete oculis æstimantes, sua tradunt, nostra non emunt.
Seriphus insula est in mari ægæo una ex cycladibus (ut lib. x. strabo refert) in qua uulgatur Dicten piscatorem archam adduxisse retibus, in qua Perseus cum matre Danae positus tenebatur Cum Acrisius pater Danae utrūq; abiecisset ī mare. In ea insula educatum fuisse Perseum proditur, qui cum caput Gorgonis seriphiis ostendisset, uniuersos mutasse fertur in lapides idq; in matris ultionem factitasse. Quam fabulam ideo fictam esse puto, quod tota insula admodum ē lapidosa.
Sequani populi fuerunt galliæ inter celtas annumerati. Hodie burgundiæ ducatum incolentes heluetiis, heduis, ac lingonibus finitimi.
Stechades insulæ sunt numero quinq; in mari gallico (ut lib. ii. refert Ptolemæus) in fronte narbonensis prouinciæ. Dicūtur autem græcæ stechades quasi in ordine sint positæ. Earum tres digna satis amplitudine sunt, duæ uero per exiguæ ut libro quarto strabo auctor est.
Sycambri populi sunt germaniæ, de quibus Martialis in. i.
Crinibus in nodum tortis uenere sycambri.
Sunt enim circa rhenum positi (ut lib. ii. refert Ptolemæus qui & colorare crines & Calamistrare Romanos impulerunt oblectatos capillorum pulchritudine.
Sicili: Insula est Italiæ pulcherrima, a siculo Neptuni filio dicta, quam (auctore Iustino lib. iiii.) ferunt angustis quondā faucibus italiæ adhæsisse direptamq; uelut a corpore maio-

te impetu ſuperioris maris. de qua Virgilius. iii. æneí.
Hæc loca ui quondam & uaſta conuulſa ruina.
Tantum æui longinqua ualet mutare uetuſtas.
Diſſiluiſſe ferunt. cum protinus utraq; tellus.
Vna foret. Eam græci ſicelian dixere. A poetis uero Trinacria dicta fuit, propterea ꝙ triangularis deſcribitur Quorū unus qui in meridiem uergit, pachynus dicitur. Alter Pelorus, qui ad ſeptentrionem ſpectat, & ab Italia mille quingentis paſ. diſtat. Tertius Lilybeus, qui Carthaginem maxime ſpectare uidetur, & ab aphricæ littoribus. cxx. millibus paſſuum diſtare prodiderunt. Præterea ſicania denominata eſt, a ſicanis hiſpaniæ populis qui duce ſicano primum in Italiā ueniſſe dicuntur. Mox ipſi pulſi inſulam occupauerūt. Hæc a principio (ut ſuperior. lib. Iuſtinus ſcribit) patria Cyclopū fuit. Quibus extinctis Aeolus regnum inſulæ occupauit. Fuerunt autem Cyclopes uiri gigantes, qui in ſicilia iuxta Aetnam degentes unicum tantum oculum in medio frontis habebant Vnde Virgilius. iii. æneí.
Ignariq; uiæ cyclopum allabimur oris. Et in. xi.
Exulat, ætneos uidit cyclopas Vlyſſes.
In ea ſunt Ciuitates illuſtres. Meſſana, Catina, ſyracuſæ, Panormus, Eryx, & Leontinū, patria Gorgiæ philoſophi & oratoris præſtantiſſimi. Ibi Arethuſa fons eſt, in quo (ut Pomponius refert) uiſuntur iacta in Alpheum amnem peloponeſi littori infuſum. Vnde creditur ſubter maria terraſq; depſſus huc agere alueum, Eminet inſula montibus ætna & Erice. Vulcano ætna ſacer eſt. Eryx Veneri. In ætnæ uertice, (ut ſolinus tradit) hiatus duo ſunt, per quos erumpit uapor premiſſo prius fremitu & mugitu. Mirum hoc eſt, ꝙ in illo feruenti incendio mixtas ignibus niues profert. Ita inuicta in

utroq; uiolentia, nec calor frigore mitigatur nec frigus calore dissoluitur. Est & mōs Nebrodes, cui damarum copia nomen dedit. Quicquid sicilia gignit, siue soli siue hominis ingenio optimum iudicatur. Est autem frugum fertilissima, auro abūdans. In ea primum commissa semina terræ. Nam Ceres inde magistra sationis. Hic primum inuenta comœdia. Hinc & cauillatio inimica in scena stetit. Hinc Archimedes qui siderum disciplinam machinatus fuit. Hic uasti specus, lestrigonum sedes. Hic campus æmēsis in floribus semper & omni uernus die. In ea sal Agrigentinum, quod si igni iunxeris soluitur. Si liquor aquæ proximauerit, crepitat uelu ti torreatur. In ea fons est quietus & tranquillus si tibiæ insonent, exultabundus ad cantum eleuatur, & ultra margines intumescit. Ibi fontes duo, alterum si sterilis sumpserit, fœcunda fiet, alterum si fœcunda, uertitur in sterilitatem. In lacu agrigentino oleum supernatat. Achatem lapidem Sicilia edit, qui uarias præfert rerum imagines. Vnde Anulus Pyrrhe Regis, cuius gemma Achates erat nouem musas habebat cum insignibus suis. Achates sanguineis maculis irrubescit. Ambitus huius insulæ (teste Soli.) clauditur stadiorum tribus millibus. Diodo. in. vi. dixit quattuor millibus trecentis sexaginta.

Sicyonia insula est in mari ægæo ex opposito ad Epidaurum urbem Argiæ regionis peloponesi quam altam esse, & eminentem ostēdit Plynius. Et Iuue. satyra. iii.

Hic alta sicyone. Est etiam urbs in laconia. Vnde & laconia quandoq; sicyonia dicta fuit oliuetis abundans Vnde Virgili. ii. georgico.

Teritur sicyonia bacca trapetis.

Syllura insula est in oceano gallico, nō longe a Britannia, Cu

ius homines (ut soli. scribit) nundinas ac numos recusāt. Dāt res & accipiunt, mutationibus necessaria potius q̄ pretiis parant. Deos percolunt, sciētiam futurorum pariter uiri ac fœminæ ostentant.

Sinaptodes populi fuerunt in desertis Aphricæ qui (ut Pomponius refert) inflexi lentis cruribus serpere magis quam ingredi referuntur.

Sinarum regio (ut lib. vii. refert Ptolemæus) terminatur a septētrione parte serum. Ab ortu solis terra incognita. Ab occasu India extra gangem. Est autem prima terrarum uersus orientem. Vrbium quas habet clarissimæ sunt Aspitra, Tine metropolis, Cattigara. In quibus bis in anno sol fit supra uerticem incolarum.

Sciopodæ populi sunt in Aphrica (ut lib. vii. Plynius scribit.) Qui in maiore æstu humi iacentes resupini umbra se pedū protegunt. Non longe eos a Trogloditis abesse.

Siphnos insula est in mari ægæo, in qua (ut lib. iiii. scribit Herodo.) argentifodinæ & aurifodinæ multe erant.

Syria prouincia est asiæ, quæ ab oriente fluuio Euphrate. Ab occidente nostro mari & ægypto terminatur. A septentrione habet Ciliciam & partem Cappadociæ. A meridie Arabiam. Cuius insignes ciuitates (ut lib. v. refert Ptolemæus) sunt Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamia. Palmira, Heliopolis, Ptolemaida, sidon, Tyrus, Beritus, Botris, Tripolis, byblus, seleucia, Cæsarea, & Damascus urbs nobilissima caput syriæ. Vnde Damascena pruna. Montes clari. Carmelus. Casius, Libanus Fluuii illustres. Euphrates, Crisoras, singas & pars Iordanis. Regiones in ea sunt phœnicia, Palæstia, iudæa, Idumea, Comagena, & samaria, siria littus maris occupat, quondam terrarum maxima (ut lib. v. Plynius auctor ē)

quæ pluribus distincta est nominibus. Namq; palæstina uocatur qua contingit arabas & Iudæa & Coele. Dein phœnice & intus Damascena. Longitudo eius inter Ciliciam, & Arabiam. ccccl xx. mil. pas. Latitudo a Saleucia ad oppidum Zeugma in Euphrate. dxxv. mil. pas. In ea mons Casius. Cuius excelsa altitudo quarta uigilia orientem solem per tenebras aspicit, & breui corporis circũactu diem noctemq; pariter ostendit. Altitudo montis per directum. iiii. milli. passuum. Regio est fertilissima nobilis situ diuitiis soli, & aquis amœnis, mari proxima. Vbi nobiles portus cõmertio orbis accommodati. Auri argentiq; ditissima. Ibi maxima cæli tẽperies. Nam cum in medio orbis constituta sit, nec nimio ardore riget, nec maximo calore torretur. In ea quondam (nt iustinus scribit lib. xl.) ingens terræmotus fuit, quo. clxx. hominum millia & multæ urbes perierunt.

Scyritæ gentes sunt inter Nomadas indos (ut Plynius rfert. li. vii.) quæ narium loco foramina tantum habent.

Scyrus insula est in mari ægæo, Homeri sepulchro ueneranda, & Lycomedis regis patria. In qua Achilles sub puellari habitu adoleuit, atq; cum eius regis filia Deidamia concubuit, quæ ab insula ipsa Scyrias nonnunquam nominatur, de qua Ouidius in primo de arte.

Scyrias æmonio iuncta puella uiro.

Patet longitudine (teste Plynio) uigintiquinq; millibus passuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

Scythia prouincia est septentrionalis quam fluuis Tanais diuidit, ita ut pars una in europa consistat, altera in asiam protendatur. Scythia europæ ad thraciam terminatur. In ea regio est ditis admodum soli (ut li. ii. Pomponius refert) inhabi

tabilis tamen quia Gryphi sæuum ferarum genus aurum terra penitus egestum mire amant, mireq; custodiunt, & sũt infesti attingentibus. Hominum primi Arimaspi, quibus singuli oculi esse dicuntur. Ab eis Cendones usq; ad mæotida. Ibi Boristenes, qui gentem sui nominis alluit inter scythiæ amnes amœnissimus defluit liquidissimus placidior q̃ cæteri potariq; pulcherimus. Alit magnos pisces quibus & optimus sapor, & nulla ossa sunt. Eam gentem Magog Iaphet filium magogas a se nominatos primum instituisse ferunt, qui nunc scythæ dicuntur, ut libro primo antiquitatis iudæorum Iosephus refert. Scythia uero in asia constituta elegantissime a Iustino libro secũdo describitur in hunc modum. Scythia in orientem porrecta includitur ab uno latere ponto, & ab altero montibus ripheis. A tergo Asia & Tapsi flumine. Multum in longitudĩem, & latitudinem patet. Hominibus inter se fines nulli. Neq; enim agrum exercent, nec domus illis ulla, aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberosq; secum in plaustris uehunt. Quibus coriis hymbrium hyemisq; causa tectis pro domibus utuntur. Iusticia gentis ingeniis culta non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius. Quippe sine tecto monumẽtoq; pecora & armenta habentibus, quid saluum esset, si furari liceret? Aurum & argentum proĩde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle uescuntur. Laneus usus est ac uestium ignotus. Et q̃q̃ continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis aut murinis uestiuntur. Hæc continentia illis morum quoq; iusticiam dedit nihil alienum concupiscentibus. Quippe diuitiarum cupido ibi est, ubi & usus. Atq; utinam reliquis mortalibus simul moderatio & abstinen-

tia alieni foret. Profecto non bellorum tantum per omnia sæcula terris omnibus continuaretur, neq; plus hominum ferrum & arma, q̃ naturalis fatorum conditio raperet. Prorsus ut admirabile uideatur hoc illis naturam dare, quod græci longa sapientum doctrina, præceptisq; philosophorum cõsequi nequeunt, cultosq; mores incultæ barbariæ collatione superari. Tanto plus in illis proficit uitiorum ignoratio, q̃ in his cognitio uirtutis. Scythæ ab alieno imperio aut intacti aut inuicti manserunt. Darium regem persarum turpi a scythia summouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri magni ducem cum copiis uniuersis deleuerunt. Romanorum audiuere, non sensere arma. Gens & laboribus & bellis aspera. Vires corporum immensæ. Nihil parauere quod amittere timeant. Nihil uictores præter gloriam concupiscunt. Ea quoq; prouincia (ut Soli. refert) gignit smaragdum lapidem, quo nil iocundius, nil utilius uident oculi. Smaragdo tertiam inter lapides dignitatem Theophrastus dedit. Nobilia apud scythas flumina Mãdrageus & Caspasus, ut Plinius refert lib. septimo.

Sithonia regio est littoralis Macedoniæ uersus athon montẽ, in q̃ mõs ẽ sithon q̃ maxĩe niuosus. De quo Vir. ultĩa egloga.


Sithoniasq; niues hyemis subeamus aquosæ.

Est etiam in ea locus dictus canis, ubi Hecuba in canem conuersa memoratur. De qua Ouidius.

Veterumq; diu memor illa malorum.
Tum quoq; sithonios ululauit mesta per agros.

Scythotauri populi sunt scythiæ, qui (ut solinus scribit) pro hostiis aduenas cædere consueuerunt.

Soanes populi sunt in asia, Caucasi extrema obtinentes, ut li. undecĩo strabo refert. Qui ui ac potentia præstant Gẽtibus



circumuicinis dominantur Ducenta hominum millia co-gunt in exercitum. Veneno ad ſpicula mirifice utuntur.

Sogdiana prouincia eſt aſiæ, quæ (ut lib. ſexto refert Ptolemæus) a ſeptentrione parte ſcythiæ terminatur. Ab oriente ſacis. A meridie & occaſu bactriana. Cuius ciuitates inſignes ſunt Oxiana, Maruca, Drepſa, & Alexandria. Quam (ut ſoli. refert) Alexander Magnus tertiam condidit ad conteſtandos itineris ſui terminos. Hic locus eſt in quo primum a Libero patre, poſt ab Hercule, deinde a Semiramide poſtremo a Cyro aræ ſunt conſtitutæ. Quod proximum gloriæ omnes duxerunt illo uſq; promouiſſe itineris ſui metas. Tradunt etiam Alexandrum macedonem Paracandam urbem in ſogdiana condidiſſe, & Cyram ultimum Cyri opus, ut lib. undecimo ſtrabo refert. Neminemq; aduerſus ſogdianos exercitum duxiſſe prodidit.

Solis inſula eſt in mari indico rubens ſemper, & (ut ſoli refert) omni animantium generi inacceſſa. Quippe quæ illuc ĩgreſſos uis circumfuſi aeris exanimet confeſtim. Ibi rara incolitur regio ob æſtus intolerabiles.

Solymi populi fuerunt iuxta lyciam, quos Home. ſcribit pugnaciſſimos fuiſſe, & a Bellerophonte deuictos.

Sporades inſulæ ſunt plures circa Cretam & in carpathio mari (ut, lib. decimo ſtrabo refert.) Et appellat eas ſporades. i. diſperſas. Inter quas annumerat Theram, Anaphen, Ilon, in q̃ Homerum ſepultum eſſe aiunt ſicenum, Laguſam, & Pholegandrum, Aſtypaleam, & alias complures.

Strongile inſula eſt in mari ſiculo: una ex æoliis ſic dicta: quia ſit rotunda & globoſa: quod ſtrongylon græcæ deſignat. Aeoli domus. Ex cuius fumo incolæ prænoſcunt qui nam uenti in triduo ſunt futuri. Hæc (ut Ply. ſcribit. lib. iiii.) uinearum

fertilis est cuius ambitus patet.lxxv.mil. passuum.
Strophades sũt(ut Ply.refert.li.iiii.ĩsulæ duæ ĩ mari Ionio ante Cephaleniam ĩsulam positæ ꝓus dictæ Plotæ: Harpyiarũ patria: quæ ex Archadia per Zetum & Calaĩ filios Boreæ & Orithyiæ pulsæ:& ad ĩsulas Plotas euolantes:strophades uocauerunt. Et sunt contra Epirum sitæ: ut pomponio placet.
Harpyiæ autem sic describuntur a Virgilio.lib.iii.
Virginei uolucrum uultus fœdissima uentris.
Proluuies:uncæq; manus:& pallida semper Ora fame.
Sueui populi fuerunt Germaniæ: Bauaris finitimi: plusq̃ centum pagos habentes. Gens ualida & bellicosissima germanorum omnium. Laudem putant esse maximam: latissime a suis finibus agros uacare:& uastatis circum se finibus solitudines habere. Hoc proprium uirtutis existimantes neminem ꝓpe illos audere consistere. Inter hanc gentem sunt ciuitates & loca multa insignia Bauariæ, quod uetus ad dominium.
De his Lucanus scribit.
Fundit ab extremo flauos aquilone sueuos.
Susiana prouincia est asiæ(ut lib.sexto refert Ptole.) Quæ a septentrione terminatur assyria. Ab occasu Babyloniæ adhæret. Ab oriente habet Persidem. A meridie partem persici sinus. Cuius ciuitates insignes Tariana & susa oppidum nobilissimum. In quo templum Dianæ susiæ.



T Alge insula est in mari hyrcano (ut Pompo.refert) sine cultu fertilis, omni fruge, ac fructibus abundãs, sed uicini populi quæ gignuntur attingere nephas, & pro sacrilegio habent, diis parata existimantes, diisq; seruanda.

Tamaritæ populi sunt in asia non longe a Caspio mari, qui (teste Dionysio) olim Bacchum ab Indorum uictoria redeũtem non solum exceperunt hospitio, sed etiam solennia illi sacra constituerunt, agitantes choreas circa torcularia quoad spumarent musto.

Thanatos insula est in oceano gallico Britanniæ proxima (ut solino placet) frumentariis campis fœlix & gleba uberi. Nec tantum sibi soli uerum etiam aliis locis salubris. Nam cum in ipsa nullus anguis uiuere possit. asportata inde terra quoquo gentium inuecta sit, angues illico perimit. Dicta ergo est thanatos a morte serpentum. Thanatos enim a nostris dicitur mors, & inde athanatos immortalis.

Tapsus insula est siciliæ proxima. uersus syracusas, pene fluctibus par. Vir. iii. æneí. Tapsumq; iacentem.

Taprobane grandis admodum insula est in mari indico inter ortum occasumq; solis (ut solinus refert.) Patet in longitudine stadiis septem millibus, in latitudíe quinq; millibus. Scinditur amne interfluo. Nam pars eius bestiis & elephantis repleta est, maioribus multo q̃ quos fert India. Partem homines tenẽt. Margaritis scatet & gẽmis oĩbus. Nulla in nauigando sideꝝ obseruatio. Ibi septẽtriões nequaq̃ aspiciunť. Lucet ibi canapos sidus claꝝ & ãplissimũ. Hoĩes corpoꝝ magnitudíe alios ãncedũt. Cœruleis oculis, atroci uisu, terrifico sono uocis. Viuũt ultra ãnos centũ & pene ultra hũanam fragilitaté. In Regis electõe nõ nobilitas ꝑualet, sed suffragiũ uniuersoꝝ. Populus. n. eligit spectatũ moribus & inueteratæ clemẽtiæ ẽt annis grauẽ. Sed hoc in eo q̃riť cui liberi nulli sint, idq; maxĩe custodiť, ne faciat hereditariũ regnũ. Deinde etiam si Rex maximã præferat æqtatem, nolũt ei totũ licere. Quadraginta ergo rectores accipit, ne in cãis capitũ solus iudicet. Et

si iudicatum displicuerit, ad populum prouocatur. A quo datis iudicibus septuaginta, fertur sententia, cui necessario acquiescitur. Si rex in aliquo peccato argutus sit ac reuictus morte mulctatur Culturæ student uniuersi, Interdum uenatibus indulgent. Vites nesciunt. Pomis abundant. Marinas testudines capere gaudent. Quarum tāta est magnitudo, ut superficies eam domum faciat. Ad gratiam poculorum oīum gemmarum adhibent apparatum. Vrbes in ea non sunt sed uici septingenti. Pli. li. vi. eadem pene scribit, adiiciens q̧ oppida quingenta in ea comperta sunt. Ptole. aūt refert. lib. vii. ibi nasci beryllos & hiacynthos. Auro argentoq; abūdare. Cuius insignes ciuitates sunt Talacoris emporium, Agabida, & Maugramum metropolis. Ante eam mille trecentas & septuagintaocto insulas esse prodidit, quarum decem & nouem nomina posuit, reliquas sine nomine esse testatur.

Tapyri populi sunt in parthia, ut lib. xi. Strabo refert quibus mos est, ut proprias uxores aliis uiris nuptui concedant, cū duos tres ue filios ex eis susceperint. ultro eas recipiunt.

Taraconia regio maxīa est hispaniæ, q̄ (ut Pomponius scribit. li. ii.) altero capite gallias, altero Bethicā, Lusitaniamq; cōtingens mari latera obiicit, nostro q̄ meridiem, qua septentrionem spectat oceano. Vrbiū e mediterraneis clarissimæ fuerunt Pallantia & Numātia, nūc est Cæsarea Augusta. Eam regionē uersus orientē Tarraconiæ & Cateloniæ regnū appellant. Pars septētrionalis regnū Nauariæ nuncupatur. In ea (teste Ptolemæo li. ii.) sunt ciuitates insignes. Asturica, Augusta, Clume, Cæsarea augusta, Toletum, Valentia, Romana colonia, quæ mediterraneo mari adiacent, Carthago noua, Tarracon, Barcinon Romana Colonia, & Saguntum. Populi celebriores, Vascones, Cantabri Celtiberi.

Thracia prouincia est europæ, cuius fines sũt a sptentione Misia inferior. Ab oriente pontus. A meridie pars macedoniæ, regio est (ut Pompo. scribit) nec cœlo læta, nec solo. Et nisi qua mari propior est infœcunda, frigida est ac eorum quæ seruntur maligne admodum patiens. Raro usq̃ pomiferam arborem, uitem frequentius tolerat, sed nec eius quidem fructus maturat. Viris asper atq; indecens corporum habitus est. Cæterum ad ferociam, & numerum immites sunt, Amnes celebriores Hebrus & Nestos. Montes habet Hemum, Rhodopen & Orbelon. E quibus hemus in tantum altitudinis abit, ut Euxinum & Hadriam ex summo uertice ostendat. Rhodope autem cognominatus est a Rhodope Regina thracum, & usq; in migdoniam protenditur. In ea sunt urbes celebriores Enos, Apollonia, perindos, Callipolis a. C. Calicula ædificata. Nicopolis, Lysimachia & Bizantiũ urbs nobilis & maritima, quæ, (ut Iustinus refert libro nono) primo a Pausania spartanorum rege condita, & per. vii. annos possessa fuit, deinde uariante uictoria, nunc lacedæmoniorum nunc atheniensium iuris hĩta est. Tandẽ a Constantino imperatore, qui eã adauxit & exornauit, Cõstantinopolis uocata ẽ. In qua p̃ter cætera magnifica ædificia extat tẽplum diuæ sophiæ dicatũ, Iustiniani opus toto orbe memorabile Hæc profecto tanto splendore ac dignitate exornatur, ut totius græciæ caput iure uocari possit. Stagira urbs in thracia sita est, Aristotelis summi philosophi patria.

Traconitidis regio pars est iudæe, quam ferunt inter montem libani & lacum tyberiadis sitã esse. Eam gentem instituit Cis filius Aram, ut refert Iosephus. li. i. antiquitatis iudæorum.

Tragurium insula est in mari adriatico adiacẽs Dalmatiæ, ut li. ii. refert Ptolemæus, in qua ciuitas eiusdem nominis sita ẽ.

Thaſii populi ſunt thraciæ in inſula Thaſo degentes. Apud quos(teſte Herodoto)aurum & alia metalla effodiuntur.

Taurica Cherſoneſus pene inſula prouincia eſt Europæ ut li. iii.oſtendit Ptole.cuius fines ſunt iſthmus,palus mæotis,pōtus,& cimmerius boſphorus.ī ea ciuitates inſignes ſunt Eupatoria,& Theodoſia,nunc Capha.Palus ipſa hyeme glaciatur,ut Virgili.refert.

Pupibus illa prius patulis, nunc hoſpita plauſtris.

Cuius ambitus.cccccc.millia paſſuum.complectitur, & a mæotidis populis qui margines eius incolunt,nomen ſortita eſt boſphorus autem a boum mea tibus ꝙ ab uno latere ī aliud commode tranare poſſunt,boſpori nomen aſſumpſit Et quia a cimmericis populis incolitur cimmericus appellatur Tauri populi ſunt ſeptentrionales in taurica regione conſtituti,qui(ut Pomponius ſcribit)iphigeniæ & Oreſtis aduētu maxime memorati.immanes ſunt moribus: immanemq; famam habent.Nam pro uictimis aduenas cedere ſolebant Qui cum Oreſtem Agamenonis filium cepiſſent:& immolare uellent:qui in eam regionem uenerat ad aram Dianæ:ut liberaretur ab inſania:a ſorore iphigenia:quæ & ipſa in Tauricam regionem uentis deportata Dianæ templo præpoſita fuerat:liberatus etiam ab omni inſania cum ſorore aufugit.

Thebaica regio ē ægypti:quæ a thebis ciuitate nobiliſſima ſic denominata eſt.Fuerunt autem plures ciuitates eiuſdem nominis.Vna ſiquidem in ægypto fuiſſe conſtat.Quā(ut Diodo.refert.li.ii.)Buſyris Rex ægypti condidit:a græcis Heliopolis.i.ſolis ciuitas uocata:cuius ambitus.cxl.ſtadiorum cōplectebatur.Quam magnis ædificiis:ac ſpecioſis deorum tēplis:aliiſq; ornamentis pulcherrimis exornauit:domoſq; priuatas uſq; ad quartam & quintam cōtignationem extruxit.

Vrbem ipsam totius orbis pulcherrimam fœlicissimam fu-
isse idem auctor asseruit. Eam ply. lib. xxxvi. totam pensilem
fuisse tradit, subter quam reges educere consueuerant maxi
mos exercitus nullo prorsus ex oppidanis sentiente. Et quod
mirabile fuit, mediã urbẽ amnis q̃dã placidis undis ĩterflue
bat. Cẽtũ portas habuisse Pom. auctor ẽ. Vñ Iuue. ulti. saty.
Atq; uetus thebe centum iacet obruta portis.
Alii centum aulas, totidemq; principum domos habuisse ꝓ
diderunt. Alia fuit in Boetia a Cadmo Agenoris filio pri-
mum ædificata, quam Amphion muris cinxit, aliisq; ædifi
ciis exornauit. Fuitq; urbs clarissima duorum numinum Li
beri atq; Herculis patria, ut Ply. refert lib. iiii. Eam Alexander
macedo cœpit & diruit, ciuibus sub corona uenditis. Alia
fuit in cylicia, in qua Andromache uxor hectoris orta edu-
cataq; fuit. De qua Ouidius primo tristium.
Nec cruciere minus, q̃ cum thebana cruentum
Hectora thessalico uidit ab axe trahi.
Aliam in lucania regione italiæ fuisse tradiderunt.
Tenedos insula est in mari ægæo inter mytilenem & hellespõ
tum, una ex cycladibus, quam in cõspectu Troiæ fuisse ma-
ro cecinit. Ad quam olim Tenes quidam fugiens, ꝙ cũ no-
uerca sua concubuisset, eam cultoribus uacuam obtinuit.
Vrbem de nomine suo ædificauit, & insulæ nomen dedit.
Dicitur ergo a Virgilio Notissima fama ob stuprũ nouercæ.
Thera insula est sub Euboia iuxta Atticam, in qua Eleusis ci-
uitas, ut li. iii. scribit Ptole. Vt autem Seruius refert sup. i. geo.
Eleusis ciuitas est Atticæ, in qua regnauit Celeus pater Tri-
ptolemi, ad quẽ cũ Ceres q̃rẽs Proserpinã deueniret, docuit
Triptolemum oẽ genus agriculturæ. Vñ Oui. in. iiii. fastorũ.
Iste quidem mortalis erit, sed primus arabit.

Et feret, & culta præmia tollet humo.
Et (ut Iustinus scribit. li. ii.) In Attica regiōe Triptolemus usū frugū prius adinuenit. Strabo uero li. x. Therā ĩter Sporades ānumerat circa Cretā, quā dixit Spartanam fuisse coloniā. Terra leboris olĩ cāpania dicta regio ē Italiæ amœnissima ĩter latiū & calabriā sita, in q̄ Leborini cāpi totius Italiæ uberrimi sternunt᷑ & uitiferi colles. Nunq̄ generosior oleæ liquor, ut li. iii. Ply. refert. Eā uero uim habuit leborinæ terræ appellatio, ut cāpaniæ nomē in suū mutauerit. In ea Capua urbs uetusta a Capy troiano, uel a locis campestribus sic noĩata, uel (ut pleriq; uoluerunt) a Thuscis condita uiso Falconis augurio, q thusca lingua Capys dicit᷑. Est & Nola a Tyriis condita, ut Solino placet. Ibi quondā ciuitas Cumarꝫ ab Euboiensibus constructa. In qua olim fuit sacellum Sibyllæ, cuius librum ad Cornelium usq; Syllam pontifices Romani consulebant. Nam priores duo (teste Solino) ipsa exusserat. Tarquino superbo partius p̄tium offerente q̄ postulabat᷑. Est & NEAPOLIS urbs regia & nobilissima parthenope a tumulo Syrenis appellata, a Diomede in littore mediterranei maris condita, ut autem Strabo refert. lib. v. Eam primo Cumani incoluerunt, postea uero & Calcidenses, & ex Pithecusis atheni sq; uenientes. Vnde & noua ciuitas idest Neapolis appellata fuit. Quæ portu insigni magnificisq; ciuium ædibus, hortis ac uiridariis, citris & aliis fructibus refertis exornatur. Complures habet arces minutissimas, sed imprimis castellum nouum ab ALFONSO Rege extructum. Opus certe memorabile, & omnibus Italiæ monumentis & structuris p̄ferendum, in quo excelsæ turres, muri crassissimi, atq; aulæ celeberrimæ esse referuntur. Ornata quoq; fuit ea ciuitas Bonifacio octauo, & Ioanne. xxiii. ponti. Roma. Est etiā

puteolanum littus & oppidum ipsum: quod a puteorum frequentia (ut strabo refert. lib. v.) puteolos appellauere. sunt qui ab aquarum putore. Vbi & sulphuris & ignis & aquarũ calidarum plena sunt omnia Est Theanum, suessula, Atella, Nuceria, Aduersa, & aliæ complures.

Thessalia regio est macedoniæ, ut Pomponius refert, quæ prius. Emonia dicta fuit. Eademq; Pelasgis & Conargos atq; Hellas. Vnde reges Hellenes, ut Plynius refert lib. iiii. Dicta est autem thessalia a Thessalo ibi regnante. In ea (teste solino) de oppidis egregia sunt Pythia, Larissa, Thessalonica. Montes clari Pelion & Ossa gigantum fabula belloq; memorati. Pelion mons est altissimus. M. ccl. passuum ratione perpendiculi, ut Plynius refert lib. ii. Olympusq; qui tam excellenti uertice attollitur, ut litteræ in cinere scriptæ adusq; alteram anni cerimoniam permanere dicantur, de quo Lucanus in tertio.

Nubes excessit olympus.

Quattuor eodem nomine Olympos esse pleriq; tradiderunt, Vnus est in thessalia, de quo supra. Alter in ponto. Alius in Bithynia. Ad cuius radices urbs est Prusa ab Hannibale extructa. Quartus in æthiopia haud longe ab heliopoli ciuitate, qui oriente sole usq; ad quĩtam diei horam flammas emittit. Thessaliæ sunt campi pharsalici, in quibus ciuilium bellorum detonuerunt procellæ. In ea (ut Ply. refert li. iiii.) sunt quattuor atq; triginta montes, quorum nobilissimi Olympus, pierus, Ossa. In thessalia (ut scribit Eusebius de temporibus) factum est Diluuium sub Deucalione, & incendiũ sub Phaetonte annis mundi. iii. M. dclxx.

Treueri populi fuerunt galliæ inter belgas in confinibus germaniæ Neruiis finitimi.

Theutoni populi sunt germaniæ, qui(ut Pomponius scribit) loca incolūt prope mare aciacum. Similiter & Cimbri Acie mare(ut idem tradit)non longe est a sinu Codano, quod gremio littorum accipitur, nusq̄ mari simile, uerum aquis passim interfluentibus uagum atq; diffusum spargitur. Hi quōdam a Sueuibus finibus pulsi sese Cimbris & Tigurinis sociarunt, ac magno impetu Romanorum fines inuaserunt quos Marius summa strage uicit, de q; his triumphauit. Rex eorum Teutholocus uir eximiæ proceritatis fugatus atq; comprehensus insigne spectaculum triumphi fuit.

Tigurini populi fuerunt germaniæ, qui quartam partem heleutiæ continebant.

Tyle insula est oceani septentrionalis, graiis & nostris celebrata carminibus. Quæ ultima fuit ex cognitis a Romanis. Virgilius.i.georgicorum. Tibi seruiat ultima tile. In ea solstitio æstiuo nullas esse noctes ply.tradit. econtra(ut soli.refert)brumali solstitio nullus pene dies. Vltra eam pigrum esse accepimus & concretum mare

Tilos insula est celeberrima in mari indico cum oppido eiusdem nominis, ut Pli.refert li.vi.margaritis referta, quæ (teste soli.)palmas fert, oleam creat, uineis abundat, terrasq; omnes hoc miraculo sola uincit, ꝙ quæcunq; in ea arbos nascitur nunq̄ caret folio, Mons caucasus non longe ab illa incipit, qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat. Eadem insula habet lanigeras arbores(ut plinius refert. lib. xii.) quæ cotonai mali amplitudine ferunt cucurbitas & maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilos, ex quibus uestes preciosæ conficiuntur.

Trinacria insula est, quæ & Sicilia dicitur. Est autem trinacria dicta ꝙ tribus promontoriis in mari prominet uidelicet pa-

chyno, peloro, & lilybeo. Vnde Oui.in.iiii.fastorum.

Terra tribus scopulis uastum procurrit in æquor.
Trinacris a positu nomen adepta loci.

Et.xiii. Metamor. Intrant.

Sicaniam tribus hæc excurrit in æquora linguis.
E quibus umbriferos est uersa pachynos ad austros
Mollibus expositus zephyris lilybeus & arctos.
Aequoris expertes spectat boreamq; pelorus.

De eadem insula in Sicilia plura conscripsimus.

Thyssagetæ populi fuerũt in Scythia ultra Sauromatas ex ue natione uiuentes. In quorum agro flumina quattuor magna fluunt, uidelicet Lycus, Oarus, Tanais, & Syrgis.

Titanes populi fuerunt in græcia uiribus excellentes quos ab irata terra contra deos creatos finxerunt poetæ. Et quasi ulci scendæ matris terræ causa in deos armatos existere. Eos a Ioue bello superatos tradunt. Nam e cœlo iactis fulminibus interierunt.

Toliapis insula est in oceano septentrionali, non longe a Tile.

Troas regio est phrygiæ, quam Ptolemæus minorem phrygiam appellat. Adiacet hellesponto, ut Pli. tradit li. quinto In ea Ilion fuit, troia ciuitas ab Homero & aliis poetis cantatissima. quæ. m. d. passuum a portu distabat. Et (ut idem Home. scribit. lib. iiii.) Omnium quæ sub Sole ac stellifero cœlo sunt urbium, insignissima quidem Troia fuit. In agro troiano natam ferunt octauam Sibyllam Helespontiam, de qua scripsit Heraclides. de Christo autem ita uaticinata ẽ. De ex celso cœlorum habitaculo humiles prospexit Deus, & nascetur in diebus nouissimis de uirgine hæbræa in cunabulis terræ. Ciuitates troadis celebriores Dardanum, Simoentis fluminis hostia, Antãdrus, Smirna, Clazomene, Ephesus, Mi/

letus, PERGAMVS, tyatira, Philadelphia, Laoditia, Antiochia, Prinensia, Tarsus. Mõtes clari, Ida, & tmolus. Regiões Misia maior & minor, Lydia, Mæonia, & Caria in ea regiõe (teste Pto. li. v.) apud hellespõtum est Abydos, ciuitas obiacens Sesto Leandri quõdam & Her⁹ amore pernobilis. Leander. n. Abydenus & Hero Sestias uehementer se inuicem amabant. Leander itaq; ad hero noctu ire cõsueuerat, fretũ hellespõticum tranabat, qđ Sestõ & Abidõ ciuitates interfluit. Cũ ergo q̃dã nocte iuuenis oppressi tẽpestate cadauer ad puellã delatũ fuisset: illa se illico ex alta turri ꝑcipitem dedit. Ex Abydo asiæ usq; in Sestũ Europæ Xerxes Rex persaꝝ cũ ingenti exercitu diuisas spatio pelagoq; terras ausus est põtibus iungere Mirum atq; ingens facinus. Ex Asia in græciam pedes trangressus: quod Lucanus refert lib. secundo.

Tales fama canit: tumidum super æquora Xerxem
Construxisse uias: multum cum pontibus ausus.
Europamq; asiæ: sestumq; admouit abydo
Incessitq; fretum rapidi super hellesponti
Non eurum zephyrumq; timens: cum uella ratesq;
In medium deferret athon.

Nam (ut lib. histo. v. Herodotus tradit) Athos mõs altissimus macedoniæ classibus persicis nauigatus fuit & a continenti iussu Xersis. m. d. passu. abscissus ẽ. Cum uero a græcis duce themistocle nauali prælio Xerses uictus esset parua manu fugiens ad Sestum peruenit Vbi cum solutum pontem hybernis tempestatibus percepisset: piscatoria scapha trepidus aufugit.

Troia regio est minoris Asiæ: ut Seruius scribit super primo æneí. In qua ilion fuit nonnunq̃ uero pro ipsa urbe troia ponitur. Ouidius. i. heroidum.

Troia iacet certe danais ĩuisa puellis. Et in eadẽ epistola.

Iam seges est, ubi troia fuit.

Troiæ rex fuit Priamus Laomedontis regis filius, quem a Ioue originem traxisse prodiderunt. Nam Dardanus Iouis filius fuit ex Electra. Dardani fili⁹ fuit Erichthonius. Hic Troem filium habuit, qui regionem quæ a Dardano dardania dicebatur Troiam a se uocauit. Troi filii fuerunt Assaracus & Ilus, qui urbem ipsam Ilion a se dixit. Hic genuit Laomedontem Priami patrem. Priamus autem (ut scribit Cicero in primo tusculanarum quæstionum) habuit filios quinquaginta, quorum decem & septem iusta uxore nati sunt. Assaracus uero illi frater Capyn genuit, ex quo Anchises, & ex illo Aeneas. Quam sane genealogiam Ouidius in quarto fastorum pulcherrime descripsit.

Dardanon electra quis nescit atlantide natum.
Scilicet electræ concubuisse iouem.
Huius erichthonius, tros est generatus ab illo
Assaracum creat hic, assaracusq; Capyn.
Proximus Anchises, cum quo commune parentis,
Non dedignata est nomen habere uenus.
Hinc satus Aeneas.

Troglodytæ populi sunt ethiopiæ, qui (ut li.v. Plinius refert) specus excauant. Hæ illis domus Victus serpentum carnes, Stridorq; non uox, adeo sermonis commertio carent.

Tuscia regio est Italiæ, a ritu offerẽdi thura sic dicta quæ alio nomine Etruria nuncupatur. Cuius fines macra & tyberis amnes.c.&.lxxiiii.mil.inter se distantes. Apeninus mons atq; inferum mare. Tirrhenos autem Romani etruscos appellãt atq; tuscos, ut Strabo refert libro quĩto Græci uero a Tirrheno Atys filio Tirrhenos nominarunt. Atys enim ex prognatis Herculis ex lydia colonos hac in regione dimisit, cum ste

rilitate ac fame populum emittere cogeretur. E duobus filiis sorte iacta lydum quidem regni successorem tenuit. tyrrheno autem maiorem applicans populũ foras abire iussit. Hãc ille tandem ingressus oram, de suo uocauit nomine tyrrheniam. Et ædificandis urbibus tarconem præfecit, uirum prudentia clarum, qui ciuitates. xii. cõdidit tusciæ celebriores ciuitates. PISAE urbs uetusta ab his pisanis condita, qui e peloponeso cum Nestore aduersus Ilion militarunt. Pistoria urbs inter primas olim etruriæ ãnumerata. FLORENTIA Vrbs inclyta & nobilissima totius etruriæ nunc primaria, q̃ ante Christi aduentum nonagesimo anno a Syllanis militibus condita fuit. Nam cum Sylla millitibus suis agrum illũ inhabitandum assignasset, Ad Arni fluenta sedes posuere. Et oppido ibi extructo. Fluentiam appellauerunt. De qua plinius lib. iii. meminisse uidetur, cum dixit Fluentinos præfluenti arno appositos. Eam totila gotthorum Rex per fraudẽ cœpit ac diruit, quam CAROLVS Magnus qui a Leone ponti. Max. Augustus appellatus imperatorium nomen dignitatéq; suscepit, cũ ex urbe Roma in Galliam rediret, mœnibus ac portis instauratam maiore ambitu circundedit, ac nobiles Florentinos per uicina oppida diffusos in urbem reduxit. Eamq; dignissimis atq; amplissimis priuilegiis donatam, liberam esse uoluit, legesq; ac magistratus cõcessit. Hãc urbem omnium Italiæ pulcherrimam Arnus fluuius placidis interfluit undis quæ atriis ac põtibus nobilissimis tẽplisq; deo dicatis, ac magnificis ciuium ædibus decoratur, Præcipue uero magnifico & ornatissimo templo diuæ Reparatæ dicato, mirifico opere, ac niueis marmorib⁹ eximie ac magnificentissime extructo, altissima atq; stupenda testudine ornato, & iuxta illud turris marmorea splendidissimi operis

singulari præstantia constructa. In ea quoq; præcursoris do mini digitus index maxima in ueneratione habetur. In cuius honorem ædes præclarissima in celebriore urbis loco dicata est, ualuis ex solido ære deductis. In quibus utriusq; testamẽ ti historia mirifico opere sculpta habetur. Sed & Archange lo Michaeli ara ac templum pulcherrimum extructum est. Diuoq; Laurentio basilica ornatissima eximio opere ac ma gno impendio a deuotissimo Cosmo Medice constructa. Qui & celebri monasterium beati Marci euangelistæ ordinis sancti Dominici a solo ædificauit. Aliudq; apud fesulas Ca nonicorum regularium cũ bibliothecis adeo pulcherrimis & librornm copia refertis, ut omnes superent, quas suo tem pore habuit Italia. Lanificii ac serici mercatura præ cæteris il lustratur. Vitium & olearum fœcunda, ac fructuum omnis generis abundans. Viris quoq; bonarum artium doctrina præditis, omniq; genere laudis præstãtissimis exornatur. Im primis quidem Dante Aldigherio & Frãcisco Petrarcha, ui ris profecto litteris & eloquentia claris. Qui ingenii sui egre gia monumenta reliquerunt. Fama quoq; est Claudianũ po etam fuisse Florentia oriundum. Accursius iureconsultus præstantissimus qui ius ciuile primus elucidauit. Iohannes Boccacius latina patriaq; facundia celebris. Nicolaus Ac ciaolus eques Florentinus & regni Apuliæ nobilissimus gu bernator. Paulus geometra insignis. Nicolaus medicus exi mius, qui de omni medicina grande opus reliquit. Ta deus physicus celeberrimus. Pallas Stroza, clarissimus eque stris ordinis Vir, philosophusq; doctissimus, ac utriusq; lin guæ eruditus. Angelus Acciaolus eques auratus, & Dona tus eiusdem familiæ uiri eloquentissimi, qui multas histori as græcas nobis latinas fecerũt. Pogius & Lapus litterris græ

cis ac latinis eruditissimi. Ambrosius religiosus græca & latina lingua insignis, qui Laertium e græco in latinum elegantissime uertit. Matthæus Palmerius uir eloquẽtissimus Florentiam plurimum exornarunt. Habuit & Ioctum & Donatellum pictores celeberrimos, Ac Philippum Scolarium rei bellicæ gloria insignem. Qui copiarum Sigismundi imperatoris dux effectus Turcos & Sarmatas multis præliis superauit. Ornata quoq; fuit Florentia Cosmo Medice magno & excellenti ingenio Viro, summaq; prudentia, humanitate ac probitate omniq; genere laudis insigni & præstantissimo. Fesulæ ciuitas uetustissima arduo & munitissimo ĩ colle sita ab Atlante rege condita qui fuit pater electre duobus millibus passuum distat a Florentia cuius nunc parua extant uestigia, raroq; habitata colono. Volaterra ciuitas uetusta, Persio satyrico ciue ornata. Cortona urbium Etruriæ uetustissima, quam Pelasgos condidisse tradunt. Mons faliscorum urbs corrupte dicta monsflasconus. Vrbs uetusque (ut Leonardus Aretinus asserit) a Florentinis originem habuit. Ea ciuitas ornata est templo beatissimæ uirgini dicato, quod frontispitium habet niueis marmoribns, mirifico opere ac magno impendio fabricatum, omniumq; totius Italiæ pulcherimum. Habet & palatium magnifici operis, quod Vrbanus quintus pontifex Roma. extrui curauit. Ciuitas Castellana altissimis rupibus circundata. Quam nonnulli prodiderunt fuisse Veientanam urbem, decemnio a Romanis obsessam. Viterbiũ ciuitas parum uetusta a p̃scis Viturbiũ appellata. Sutriũ ciuitas uetustissima, apud quã prælium ĩgens Romani cum Etruscis olĩ gessere. Nepe ciuitas ĩ historiis Romanorum crebro inuenta. Orta ad Tyberis fluenta ciuitas uetusta. Lũca Romana Colo

nia, quæ Lutium.iii.pontificem Roma. atq; Alexandrum. ii.genuit.Gornetum ciuitas aucta tarquiniæ proxime olim urbis uetustæ ruinis, tribus millibus a mari distans. Sarzana ciuitas ad Macræ fluminis dexteram supra Lunam posita. Cuius arx Sarzanellum appellatur.SENA.urbs Etruriæ in signis & opulentissima quam Brenus dux gallorum Senonũ qui cum exercitu trecentorum millium Romam uenit pro senibus ualitudinariisq; & armẽtis condidit ante Christi ad uentum anno.ccclxii.Quamuis Blõdus forliuiensis scribat eam a Ioanne.xviii.Roma.ponti.constructam fuisse.In qua superba & clarissima extant edificia, uidelicet gymnasium, & forum pulcherrimum, hospitaleq; toto orbe famosissimũ pientissime gubernatum. Imprimisq; templum beatissimæ Mariæ uirgini dicatum miro ac splendidissimo opere extructum. Ampla quoq; atria tam publica q̃ p̃uata, porti, usq;, & turres, ac nobiles fontes ciuitatem exornant. Non minus eam celebrem faciunt uiri inter etruscos religione, moribus, omniq; litterarum genere præstantes.Eius ager frumenti uini & olei feracissimus, ac fructuum omnis generis abundãs. In quo multi sunt fontes calidi & saluberrimi uariis morbis remedia præstãtes.taceo eius populi uictorias & triumphos, ac res pace belloq; fœliciter gestas.Ex hac urbe memoria digni celebresq; fuerunt. Alexander.iii.pont.Roma.& Pius. ii. uir siquidem post utrumq; Leonem omnium Romanorũ pontificum proculdubio eloquentissimus. Bernardinus & Catherĩa miraculis & sanctitate illustres. Franciscus Picolomineus Roma.ecclesiæ Cardinalis, uir sacris litteris & prudentia clarus omniq; genere laudis celebrandus.

CLusium urbs uetustissima, inter capita etruriæ quondam annumerata, in qua (ut Plinius scribit lib. xxxvi. Porsena rex

etruscorum sedem posuit & Labyrinthum mirifici operis ĩ ea extruxit sepulchri causa, simul ut & externorũ regum uanitas quoq; ab italis superaretur Sepultus est enim sub urbe Clusio in monumento ex lapide quadrato. singula latera pedum lata tricentenum, alta quinquagenum. Inq; basi quadrata intus labyrinthus inextricabilis. Quo siquis ingressus fuerit sine glomere lini exitum inuenire nequeat. Supra id q̃dratum pyramides stant quinq;, quattuor ĩ angulis, & ĩ medio una. In imo latæ pedum septuagenum quinum, altæ cẽtum quinquagenum, ita fastigiatæ, ut in summo orbis æneus & petasus unus omnibus sit impositus. Ex quo pendebãt excepta catenis tintinabula quæ uento agitata longe sonitus referebant. Supra quem orbem quattuor pyramides singulæ altæ pedum centenum. Supra quas uno solo quinq; pyramides, quarum altitudinem eandem fuisse tradunt quã totius operis, adeo uesana dementia quæsisse gloriam impendio nulli profuturo. ARETIVM ciuitas uetustissima, quæ uiros præstantissimos genuit. Extat namq; diui Augusti epistola, per quã affirmat Mœcenatem suum Aretio fuisse oriundum. Cornelius uero Nepos Atticum dicit prædium in Aretino possedisse, quod Cecilianum sit appellatum Eam quoq; plurimum exornarunt clarissimus oratur Leonardus Aretinus & Ioannes Tortelius græcis & latinis litteris eruditi. PERVSIA urbs inclyta ac uetustissima ab Achæis condita, ut Iustinus refert li. uigesimo Siue a Tyrrhenis ẽx lydia profectis, ut pleriq; uoluerunt, arduo & munitissimo in colle sita, quæ turribus ac priuatis ciuium domibus, foroq; pulcherrimo cum insigni fonte decoratur. Gymnasioq; celeberrimo, ac templis deo dicatis, aliisq; monumentis & structuris magnificis exornatur. Viros semper habuit belli ac pacis

artibus illustres. Nam Braccius de forte bracciis rerum gestarum gloria clarus. Nicolaus stella omni bellica laude dignus Nicolaus Piccininus copiarum ducis Mediolani imperator clarissimus. Iacobus eius fili⁹ exercitus Venetorum dux præstantissimus. Carolus oddus. Sfortia eius frater. Braccius & Carolus baliones. Carolus de Montono clarissimi belli ductores Perusia oriundi sunt. Cinus & Baldus clarissimi iurisconsulti. Ab ætate nostra Ioannes Petrutius & Benedict⁹ Capra iureconsultissimi Perusiam patriam habuerũt. Ager perusinus oliuetis, croco, & uitibus fœcundus. Frugum quoq; ac pomorum diuersi generis feracissimus Habet Trasimenum lacum insignem optimis piscibus refertum. Tyberis quoq; fluuius nobilissimus agros Perusinos interfluit.

V



ANDALIA Regio est Europæ septentrionalis & pars Poloniæ, a Vãdalo fluuio qui regionem interfluit cognominata gẽs immanis & ferocissima.

Vascones populi fuerunt Hispaniæ Tarraconensis uersus pyreneum montem siti, ut lib. secũdo scribit Ptolemæus ab eis quõdam Carolus Magnus cum ex Hispania in galliam rediret, prope pyrenei iuga insignem cladem accepit. Cecidere in ea pugna Anselmus & Egibardus sũmi rei bellicæ duces. Tradunt etiam Rolandum Caroli ex sorore nepotem, prestantem fortitudine uirum, post ingentem hostium cædem eo prælio interiisse. Hic est Rolandus quem ea tempestate corporis robore & animi magnitudine longe cæteris præstitisse

ferunt. Cuius fortia facta per uniuersum orbem clara cele-brantur.

Vatastica insula est in flumine rheno, finitima Bactauis & phrisiis.

Vectis insula est in oceano septentrionali uersus Tile.

VENETIA Regio est Italiæ, quæ ab amne Mincio usq; Tiliamentum protenditur Regio inclyta atq; pulcherrima, frugum, uini, & olei feracissima, aquis & fluminib⁹ illustris, fructibus & piscibus copiosa, uicis castellis & clarissimis ciuitatibus insignis. Cæterum de Venetis duplex est sermo, ut lib. quinto Strabo asserit. Nam quidam eos a Gallis eiusdem appellationis originem traxisse prodiderunt. Fuerunt autem Veneti populi inter Celtas, littora oceani gallici incolentes, quos Cæsar nauali prælio superauit. Nonnulli ab Enetis qui post bellum Troiãum cum Antenore salutem assecuti, cursũ huc e paphlagonia tenuere, descendisse affirmant, Quod lib. iii. Plinius attestatur. Inquit enim. Venetos troiana stirpe ortos auctor est Cato. Vrbium quas habet eæ maxime celebres fuerunt.

VERONA urbs nobilissima a gallis condita, ut lib. xx. Iustinus refert, quã Athesis fluuius illustris placidis ĩtersecat undis. Hæc habet mœnia & arces mũitissimas, & ædificiis tam publicis q̃ priuatis ornata cõspicitur. Hos genuit uiros p̃stantes. Emiliũ macꝛ & Catullũ poetas, & Guarinũ oratorem p̃stãtissimũ. Pisanũ pictorẽ celeberrimũ. Macer quoq; physic⁹ insignis Veronã patriam habuit. Nec nõ Zeno pontifex Veronẽsis, uir sanctimonia celebris. Canis grandis scaliger, q annis uno & quinquagĩta Veronæ dñium tenuit, ciuitatesq; interea CREMONAM, Parmam, Regium, Vincentiã, PATAVIVM, Feltrum, Bellũnum, Taruisium in potestatem

redegit, Gonzagamq; familiam ditiōi Mantuæ eiectis pas sarinis imposuit. Luchinus Vermes uir bello īsignis, qui Cretam insulam Venetis rebellem propria uirtute subegit. Iacobus eius filius exercitus ducis Mediolani imperator clarissimus, Georgius Caballus rei militaris ductor præstantissim⁹ Verona oriundi sunt. Ioannes arcula & Gerardus physici in arte medicina clarissimi, Paulus & Timotheus Canonici regulares, ex nobili familia Maphea, præcones christi insignes uirtute ac sanctitate celebres. Isotta nogarola fœmina uirtute pudicitiæ illustris, ac bonarum artium doctrina eruditissima Veronam plurimum exornarunt. Ager Veronensis oleis, uitibus, ac fructibus diuersi generis abundat. Habet lacū Benacum, omnium totius Italiæ pulcherimum. Qui optimos pisces alit. Præcipue autem Corpiones purpurei coloris & optimi saporis, qui nullo alio loco inueniuntur. Eius littora citris & malis aureis referta, amœnissima sunt.

VINCENTIA Vrbs Italiæ īsignis & celeberrima quæ a gallis senonensibus duce Breno Romæ incensoribus ante christi aduentum anno, ccc.lx. condita fuit, ut ex libro Eusebii de temporibus colligere potui, & Iustinus refert libro uigesimo. Eam Rheronus & Bachilio amnes diuersa regione placidissimis interfluunt undis, qui post urbis mœnia simul iuncti Meduaci nomen efficiunt, flumen nauigabile, urbem PATAVII præterfluens & in adriaticum mare decurrens, Est autem mœnibus ac turribus, magnificisq; ciuium ædibus, ac templis Deo dicatis non mediocriter decorata. Imprimis quidem prætorio magnifico, quadratis politisq; lapidibus albis, rubrisq; singulari præstantia extructo, & iuxta illud turris altissima eximie constructa, quæ. cc. &. xii. pedes in altum euecta est. Ponte quoq; sancti Michaelis

ex lapidibus quadratis constructo, unico & ingenti fornice, cuius latitudo ex inferiori parte cõtinet pedes octoginta du/os. Est etiam aquis amœna, aerisq; salubritate iocunda. Lanificii ac serici mercatura illustris. Nec mĩus eam celebrem faciunt uiri inter Venetos religione, moribus, animi magnitu/dine, omniq; litterarum genere præstantes. Ex quorum nu/mero plurimi equestris ordinis uiri splendidissimi, iuriscon/sulti præclarissimi: aliiq; tam bõarum artium doctrina: q̃ rei bellicæ gloria insignes defluxerunt. Nam Cecina Romani exercitus imperator clarissimus Vincentiam patriam habu/it. Perendeus quoq; longobardorum dux. Georgius & Rhobertus Thienei rei militaris ductores præstantissimi Vincentia oriundi sũt. Q. Rhenius Palæmon grammaticus & rhetor insignis: qui Romæ (ut Suetonius scribit) tempore Tiberii Cæsaris principem locum inter grammaticos tenuit. Nã homĩes capiebat tum memoria rerum, tum facilitate sermonis. Necnon poemata faciebat extempore, nomenq; suum in bucolicis non temere positum, sed præsagente Virgilio fore quãdoq; omnium poetarum ac poematum iudicem. Pullex poeta qui hermaphroditi carmina elegantissime scripsit Simon Vicentinus clarissimus legum interpres, & apud iureconsultos maxime celebratus. Antonius Luscus poeta & orator eloquentissimus, qui primus omnium orationes Ciceronianas commentatus est. Extantq; eiusdem heroica carmina Virgilianam maiestatem redolentia. Ioãnes Portus iureconsultus præstantissimus, q ætate sua ciuiles leges in gymnasio PATAVINO principem locum tenens publice legit. Caietanus Thieneus philosophus celeberrimus, qui publico stipendio philosophiã ĩ eodem gymnasio docuit. Alexander Neuius qui iurispõtificii in PATAVINO studio

princeps omnium fuit. Omnibonus Leunicenus Orator cla rissimus, græcæ latinæq; linguæ pitissimus. Natthaus Bissa-rius iurecõsultus eloquentia & bonaꝝ artium doctrina præ-stantissimus. Gulielmus paielus eques auratus uir eloquen-tissimus. Horontius episcopus uicẽtinus, uir sacris litteris & prudentia clarus Fœlix quoq; & fortunatus germani fratres martyrio & sanctitate illustres. Vincentiam plurimum exor narunt. Maximo uincentiæ ornamento fuit Franciscus Por tus eques auratus uir præstanti & excellenti ingenio omniq; genere laudis singularis, qui diuitiis, munificentia, humani-tate, uirtute ac probitate omnes eius regionis ciues facile su-perauit, plurimisq; ædificiis tam publicis q̃ priuatis urbem ipsam exornauit. Hospitale Sancti Marcelli expositorum re-ceptaculum magno impendio & cura ipsius extructum est, aliasq; sacras ædes et monasteria extrui curauit. Sed præci-puæ in pulcherrimo, pago thieneo aram ac templum beatis-simæ uirgini dicatum, palatiumq; nobilissimum magnifi-centissime extruxit Ager uicentinus frugum, oleæ, croci, & optimi uni feracissimus. Copia pomorum & auium omnis generis abundans, præcipuæ autem lagopis, quos Francoli-nos uocant qui optimi saporis bonitate fasianos & perdices superant Itemq; pyrrhocoracibus, quos patria lingua paro nos dixere ad magnitudinem gallorum. In eo plumbi ac fer-ri uenæ fertilissimæ. Duris lapidibus rubris niueisq; abũdat. Pecora & armenta passim generat. Castellis & pagis ducen-tis opulentissimus mõtibus & collibus amœnus. Piceis, abie tibus, & laricibus ad construẽda ædificia copiosus. PATA VIVM urbs uenetiæ magnifica & uetustissima ab antenore troiano condita quæ (ut li. v. Strabo refert) cunctas eius regio nis urbes excellit. Nam priscis tẽporibus in ea censi sunt qn-

genti equestris ordinis uiri. Antiquis autem annis cētum & uiginti militum millia misisse constat. Quam uero ciuitas ipsa & uirorum probitate & artium bōitate floruerit, magnitudo cum aliarum rerum maximo apparatu Romam missarum, tum uero pannorum & uestimētorum omnifaria mercatura declarat. Genuit PATAVIVM uiros doctrina clarissimos. T. Liuium historicum & oratorem præstantissimū. Paulum iurisconsultum, apud uetustissimos celebratū, Stellam, Flaccum, & Volusium poetas. Petrum de Apano philosophiæ & astronomiæ & magicæ artis peritissimum. Franciscus zabarella, & Pileus de prata Ro. ecclesiæ cardīales Pataiuium exornarunt. TARVISIVM urbs Venetiæ insignis cuius nomē prior inter uetustos hēt Plini. Totilam quintum gothoꝶ regē, & quidē præstantissimū genuit A quo dignitatem inchoasse uř quam nunc hēt, uidelicet, ut tota Venetiæ regio Marchia taruisina nūcupetur. Nam idem Rex magno exercitu compato totam Italiā armis subegit, Vrbēq; Romā ingressus diripuit & incēdit. Quidā uero ꝑdiderunt urbem Taruisii a troianis cōditā fuisse, quā fluuius Silis amœnis interfluit undis, & in adriaticum mare decurrit. Est aūt ciuitas ipsa mœnibus arce, & aqs munitissima, pōtibus priuatis ciuium ædibus, ac tēplis deo dicatis ornatissima uariisq; mercibus insignis, Frumento, uino & oleo abundans. Piscibus & fructibus copiosa. Castellis & uicis plurimis referta. Quinetiam urbem ipsam ornatissimam reddunt uiri religione, probitate, moribus, omniq; genere laudis præstantissimi. Tridentum urbs a gallis condita. Feltrum & Belumnum ciuitates in hac regione sitæ sunt, ut libro tertio scribit Ptolemæus. Huius regionis caput est urbs VENETIARVM totius orbis emporium. Quæ ad annum salutis. liiii. supra qua-

dringentisimum (ut Palmerio placet) in intimo adriatici maris sinu condita fuit, quo anno Attila Rex humnorum Aquleiam diruit. Huius ferocissimi tyranni reliquæ Italiæ urbes terrore compulsæ huc loci confugerunt. Videlicet ex PATAVIO, Vincentia, Verona, Mantua, Brixia, Mediolano, & Papia nobiles & potentiores quiq; ad ea loca uenientes urbem toto orbe clarissimam atq; tutissimam condidere. Quæ situ mirabilis diuitiisq; & omnis generis mercatura cæteras antecellit Et quod mirabile dictu, cum nihil in ea generetur, quod ad humane uitæ usum spectet, tamen frumento, uino & oleo, ac fructibus omnis generis abundat. Cuius magnitudinem ac tectorum altitudinē, quæ auro & niueo marmore ornata sunt, & usq; ad tertiam & quartam contignationem extructa. Nauale toto orbe pulcherimum & munitissimum, armisq; omnis generis refertum. Excelsas turres ac nobiles portus siquis percensere uelit, nullius maritimæ urbis amplitudinem in toto orbe potuisse ei comparari fatebitur. Templa uero deo dicata, superbissimas ædes, atria magnifica, imprimisq; templum diuo Marco euangelistæ dicatum, mirifico opere, magnoq; impēdio extructum, cum amplissimo foro, totiusq; italie pulcherrimo, florentissimas opes, amplissimam senatus maiestatem, nauium multitudinem, tot ī structas paratasq; classes, robur militare, res terra, mariq; gestas quæ tandem narrabit facundia, Ita.n. late imperium suum mari ac terris protendit, ut præclara eius gesta nulla satis dicendi copia enumerare queat. Vrbem uenetiarum plurimum exornarūt Carolus zeno & Leonardus iustinianus litteris ornatissimi. Bernardus quoq; iustinianus equestris ordinis uir, eloquentia clarus ac iureconsultus præstantissimus Paulus religiosus dialecticus & theologus insignis. Petr⁹ lau-

redanus rebus bello gestis clarissimis. Gregorius. xii. Eugenius. iiii. Paulus. ii. pō. R. & cōplures ro. ecclesiæ Cardīales. Petr⁹ æmilianus eps Vincentinus litteris & prudentia plurimū decoratus. Franciscus barbarus uir præstanti atq; excellenti ingenio. Marcus lippomanus iurecōsultus celeberrimus, græcis hæbræis ac latinis litteris ornatissimus. Hermolaus barbarus patriarcha aquileiensis philosophusq; sapientissimus, ac bonarum artium doctrina insignis, necnon utriusq; linguæ præstātissimus, qui multos codices græcos summa cum elegantia nobis latinos fecit. Non longe a Venetiis olim fuerūt Altinates a quibus Torcellum Maiorbum, Burianum, Murianum conditæ fuerunt. Aquileienses Gradum. Concordienses caprulas condidere, clugia uero a Mōtesilicensibus cōditam prodiderunt. Prope altinum flumīa Liquētia ex mōtibus opiterginis & portus eodem nomine. Colonia concordia. flumen & portus Romatinum, ut Plinius refert lib. ter.

Vindelicia prouincia est Europæ, ut lib. secundo refert Ptolemæus. Est autem sita inter Rhetiam quam habet ab occasu & noricum quam tenet ab oriente. Eam lybius amnis disterminat a Rhetia. Enos fluuius diuidit a Norico. A septentrione danubio termīatur. A meridie alpibus supra Italiam extensis. Eius ciuitas insignis Augusta uindelica fuit. Sunt & Artobriga, Bocodurum Carodunum, Medulum, ut lib. secundo scribit Ptolemæus. Vt autem refert pli. lib. iii. Vindelicorum gentes quattuor. Consuanetes, Virucinates, Licates, Cattenates.

Volsci populi fuerunt Italiæ in latii regiōe constituti ubi ciuitas Terracina, & Asturia oppidum, ac Antium olim ciuitas Circeusq; mons, in quo Circem Oetæ colchorum regis filiam insedisse ferunt, carminum maleficiis uarias imaginum

facies mentientem.

Vmbria regio est italiæ, quæ nunc ducatus spoletanus appellatur, ut supra de eadem regione scripsimus.

X

Athii populi fuerunt in asia, qui (ut lib. primo scribit Herodotus) cum urbem eorum
x Harpagus præfectus Cyri obsideret, uxores suas cum omni supellectili in arce collocantes eam igni succēderunt. Omnes deinde contra Harpagum irruentes bello ceciderunt.

Xerolibya pars est libyæ deserta & aquis indiga, per eam tradunt cum Liber pater Indiam peteret exercitum ductasse.

Z

Acynthos insula est magnifica & fertilitate præcipua, in qua est oppidum eiusdem
z nominis, non longe ab Achaia (ut plinius refert li. iiii.) quæ nemoribus abundat. Vnde Virgilius. iii. æneidos.

Iam medio apparet fluctu nemorosa zacynthos.

VNDE MEDITERRANEA MARIA ORIANTVR.



Mnis terra quæ colitur a nobis angustata uerticibus lateribus latior, parua quædam insula est (ut lib. de somno Scipionis auctor est Cicero) circumfusa illo mari quē oceanum appellamus, quattuorq; ex eo maria recipit, ut lib. i. Pomponius refert, & Strabo in. iii. Vnum a septentrione, quod

mare caspium uocatur, Pleriq; hyrcanum nūcupant. A meridie duo, Arabicum & Persicum, quæ ab indico oceano effunduntur. Vnum quidem aduersum maxime Caspio, reliquum pontifico Quartum ab occasu, quod hos magnitudine admodum superat, & mare nostrum appellamus. Duodecim mil. passuum in longitudinem (ut plinius refert li. iii.) fauces oceani patent. Quinq; millium in latitudinem. Hinc intranti dextra Aphrica est, leua europa. Inter has Asia est. Termini amnes Tanais & Nilus. Arabicus sinus. c. xv. millibus passuum distat ab ægyptio mari, quem usq; in Nilum deducere uoluerunt ægyptii Reges, ut lib. sexto plinius scribit. Sed territi ne aquarum multitudo oppleret oīa, excelsiore trib⁹ cubitis rubro mari comperto q̄ terra ægypti, ab ī cœptis destitere. Caspi⁹ uero sinus. ccc. lxxv. mi. passuum distat a pōtico. In eadē sniā de origīe cuiusq; maris extat Pli. li. vi. Soli. Strabo & Macrobius & oēs ferme Cosmographi, præter Ptolemæum, q lib. vii. ita scribit. Asia coniungitur Aphricæ per terram īcognitam, quæ īdicum pelagus circumplectit̄. Europæ autem iūgit̄ per dorsū, quod īter paludē Mæotī & Sarmaticum oceanū est. Hyrcanū mare ab oī parte ambit̄ a terra. Haud aliter de mari indico dicimus. Omne. n. cum suis sinibus arabico, persico, eoo, a terra ex omni parte clauditur.

Terræ Vniuersæ mensura.



LAtitudo terræ nobis cognitæ (ut Ptole. scribit lib. septimo) constat gradibus octogīta ueluti gradu uno qngenta stadia complectente. Stadiis uero. xl. mil. fere. Longitudo super arcu æqnoctialis circuli nonaginta mil. stadiis. Totus autem ambitus constat stadiis. c. & octogīta millibus. ut āt Strabo

refert lib.iii. Vniuersa latitudo orbis terrarum mi̅or est stadi orum millium trigi̅ta, ab austro i̅ septentrionem. Longitudo autem millia septuagi̅ta esse traditur Hoc autem ab occasu in ortum, ab extremis hispaniæ ad extrema Indiæ. Hoc ipsu̅ tum itineribus tum nauigatōibus mensuratum est. Plini. uero. lib. secundo hæc tradit de de me̅sura terræ. Pars nostra terrarum longissime ab ortu ad occasum patet. lxxxv. mil. lxviii. stadia ut Artemidoro placet. Latitudo autem terræ a meridiano situ ad septentrionem. liiii. millia. lxii. Vniuersum autem hunc circuitum Erathostenes in omnium quidem litterarum subtilitate preter cæteros sollers, quem a cunctis probari uideo, ducentorum quinquagi̅ta duorum millium stadiorum prodidit.

Diuisio Climatum.



Ota autem habitabilis nostra diuiditur in septem portiones, quæ Climata dicuntur. Est autem Clima tantum spatium terræ, quantum dies seu horologium sensibiliter uariatur. Nec est idem principium huius spatii quod finis. Horæ enim diei terraru̅ distantia uariantur.

Medium igitur primi climatis per Meroem Nili insulam septendit, ubi maxima diei prolixitas est tredecim horarum. Initium huius Climatis est ubi diei maior prolixitas est duodecim horarum & dimidiæ & unius quartæ. Finis uero huius climatis est ubi maior dies continet tredecim horas & quartam unam. Cuius latitudo est. ccccxl. millium passuum.

Medium secundi climatis per Syenem ciuitatem protenditur quæ in principio ægypti sita est. Vbi lo̅gior dies tredecim horas continet & dimidiam. Initium eius ex termino primi Cli

matis.Finis uero ubi lõgior dies ẽ tredecĩ horaꝝ & dimidiæ & unius quartæ.Cuius latitudo est.cccc.millium passuum.

Mediũ tertii Climatis ꝑ Alexãdriã ciuitatẽ ĩ fine ægypti positã se extẽdit. Vbi maior dies est.xiiii.horaꝝ.Initiũ eius est ĩ fine secũdi.Finis uero ubi prolixior dies est.xiiii.horarũ & unius quartæ.Cuius latitudo est.cccl.millium passuum.

Mediũ q̃rti Climatis est ꝑ Rhodũ, Vbi maxĩa dies est.xiiii.horarum & dimidiæ.Initium eius ĩ fine tertii.Finis uero ubi dies longior est quatuordecĩ horaꝝ & dimidiæ & unius quartæ.Cuius latitudinem.ccc.millium passuum esse uoluerũt.

Medium quinti per urbem Romã. Vbi maior dies horas quĩdecim cõtinet.Initium eius in fine quarti.Finis uero ubi maxima dies est quindecim horarum & unius quartæ.Cuius latitudo.cclv.millium passuum.

Medium sexti per boristhenes populos Scythiæ Vbi maior dies est quindecim horarum & dimidiæ.Cuius Initium est in fine quinti.Finis uero ubi maxima dies est quindecim horarum & dimidiæ & unius quartæ.Cuius latitudo.cc.xii. millia passuum complectitur.

Medium septimi per ripheos montes septentrionales,ubi maior dies est.xvi.horarum. Initium eius in fine sexti. Finis ubi maior dies ẽ.xvi.horaꝝ & unius quartæ.Cuius latitudo est c.lxxxv.millium passuum.

Omnium itaq; climatum ab initio primi usq; ad ultimum ẽ diuersitas horarum trium & dimidiæ.

Longitudo autem climatum appellari potest linea ducta ab ab oriente in occidentem æque distans ab æquinoctiali. Vnde longitudo primi maior est secundo,& sic deinceps,quod propter angustiam speræ cõtĩgit, ut Euclides & cæteri astrologi prodiderunt.



Eteres græcorum inuentione exquisitissimæ subtilitatis terram uniuersam in segmenta cœli.xii.distinxerunt: quæ nostri circulos, ipsi parallelos dixere, ut nihil desit ĩ spectando terrarum situ.

Primum esse uoluerunt per insulam meroem, libyam interiorem, æthiopiam, & ptolemaidem ciuitatem in rubro mari ad elephantorum uenatus conditam (ut lib.vi.Plinius refert) partem austrinam indici pelagi & taprobanem insulam.

Secundum per Syenem ægypti ciuitatem, per getuliam, libyam desertam & garamãtes, partem rubri & persici maris, arabiam austrinam & indicum pelagus.

Tertium parallelum habet indiæ pars uersa ad austrum & Sinarum regio. Patet usq; arabiam & rubri maris accolas. Continentur arachosia, drangiana, gedrosi, persæ, carmani, parthiene, aria, Susiana, mesopotamia seleucia cognominata, Babylonia, arabia ad petras usq;, Syria, coele, pelusium ægypti, inferiorq; ora quæ uocatur Alexandria, aphricæ maritima, cyrenaica oppida, tapsus, hadrumentum, clupea, carthago, utica, utraq; hippo, Numidia, mauritãia utraq;, atlãticum mare, columnæ Herculis.

Quartus circulus incipit ab india uergente ad occasum, uadit per medos, parthos, persepolim, citima, persides, arabiam citeriorem, iudæam, libani montis accolas. Amplectitur babyloniæ partem, idumæam, samariam, hierosolymã, ascalonem, ioppam, cæsaream, phœnicem, ptolemaidam, sidonem, tyrum, beritum, botrim, tripolim, byblum, antiochiã,

laodiceam, seleuciam, ciliciæ maritima, cyprum austrinam, cretã, lilybeũ in Sicilia, septentrionalia aphricæ & numidiæ.

Quintus circulus ab indis imao ꝓximus orit᷑. Tendit per caspias portas Mediæ ꝓximas, catoniã, cappadociã, taurum, amanũ, issum, cilicias portas, solos, tharsum, cyprũ, pisidiã: pãphiliã: sydõ: lycaoniã: liciã: patharã: xãthũ: caunũ: rhodũ: coũ: halicarnasũ: gnidũ: doriadũ: delũ: cycladas medias: cithiũ: maleã: argos: laconiã: elĩ: olympiã: messeliã: pelopõesũ: syracusas: catinã siciliã mediã: sardiniæ austrĩa: carte iã gadꝭ

Sexto subiacẽt circulo quæ sunt ab altero latere imaui: cappadociæ austrina:: galathia: mysia: gardus: smirna: sipylus: tmolus mons: lydia: caria: ionia: tralis: colophõ: ephesus: miletus: samos: chios: icariũ mare: cyclades septẽtriõales: athenæ: megara: corinthus: sicyon: achaia: patræ: isthmus: epirus: septentrionalia: Siciliæ: narbonensis galliæ exortiua: hispaniæ maritima: a carthagine noua: & inde ad occasum.

Septimo contĩentur ab introitu caspii maris: bactria: iberia: armẽia: mysia: phrygia: hellespõtus: troas: tenedos: abydos: scepsis: ilium: ida mons: cizicum: lãpsacum: sinope: amisũ: heraclea: in põto: paphlagõia: lẽnus ĩbrus: Thasus: Cassandria: thessalia: macedõia: larissa: ãphipolis: thessalõice: pella edosꝰ beroea pharsalia: carystꝰ euboia: calcis dlphi acarnania ætholia: apollõia: brũdusiũ: tarẽtũ: thurii: locri: rhegiũ: lucani neapolis: puteoli: thuscũ mare corsica: baleares: hispania: media.

Octauo cõtinet᷑ urbs Roma amplectit᷑ caspias gentes septentriõalia armeniæ: appolloniã: nicomediã: niceã chalcedonẽ: bizãtium: lysimachiã: cheronesũ: melanensinum: abderã: samothraciã: maroneã: œnum: bassicam thraciam: medicam: peoniam: illyrios: dyrrachiũ: apuliæ extima campaniã: etruriã: pisas: lunã: lucã: genuã: liguriam: antipolim: massiliam:

narbonem tarraconem, hispaniam tarraconensem, mediam & inter per lusitaniam.

Nonus circulus ab altera Caspii maris ora incipit, caditq; supra callatim, bosphorum, boristhenē, stomos, thraciæ auersa, triballos, illyrici reliqua, adriaticum mare, aquileiam, altinum, Venetiam, Vincentiam. PATAVIVM, ueronam, cremonam, rauennam, anconam, picenum, pelignos, sabinos, umbriam, ariminum, bononiam, placentiam, mediolanum, omniaq; ab apenino transq; alpes, galliam aquitaniam, uiennam, pyreneum. celtiberiam.

Decimus a Tanai per mæotim & sarmatas usq; boristhenem per dacos germaniam: gallias, & oceani littora.

Vndecimus uadit per hyperboreos, iberniam & britanniam.

Duodecimus per scythicum pelagus a ripheis iugis in tylē.

Quod mare diuersis in locis nomina habet diuersa.



Ceanus q uniuersam circuit terram, a uelocitate cognomīatus est. Cum terras aperit & intrat mare nostrum dicitur. Vbi hispaniam perfundit. ibericus nominatur. Circa insulas baleares quas primo offendit balearicus dicitur. Deinde qui narbonensem prouinciā cōtingit, gallicus. Mox a liguria ligusticus. Deinde usq; in Siciliam mare thuscum uocatur, quod græci tyrrhenum, itali īferum nominant. Iuxta Siciliam Siculum. sed contortū uersus VENETIAS, adriaticum sinū efficit, A b initio adriatici, Ionium uocatur usq; in græciam, ubi ægæi nomen assumpsit. Deinde ubi asiam ab europa stricto secernit mari, hellespontus nominatur. Cum dilatatur, propontis usq; Constātinopolim. Vbi rursus in thracium bosphorum stringitur,

quousq; dilatatur, euxinus nuncupatur. Sed rursum restrin gitur, & bosphorum Cĩmericum efficit. Inde seqtur mæotis palus magna quidem & lata, in quam Tanais fluuius decurrit. Versus asiam pamphilicum, phœnicium, ægyptium a prouinciis nomina accepit. Ab insulis Cyprium, carpathium, creticum. A gẽtibus, ausonium illyricum. Ab oppidis corinthium, argolicum. A casibus hominũ, icarium ab Icaro, myrtoum, a Myrtilo qui in eo proiectus fuit, Et est pars ægæi maris.

Inter maria primum & maius est indicum pelagus, ut lib. vii. auctor est Ptolemæus. Secundum mare nostrum quod pleriq; mediterraneum uocant. Tertium hyrcanum seu caspium. Sinuũ uero primus est gangeticus. Secundus persicus. Tertius arabicus. Quartus æthiopicus. Quintus põtificus. Sextus ægæi pelagi. Septimus paludis mæotidis. Octauus adriaticus. Nonus propontidis.

Inter insulas & peninsulas maior est Taprobane. Secunda Britannia, quæ & anglia. Tertia aurea chersonesus. Quarta ibernia. Quinta peloponesus. Sexta Sicilia, Septima Sardinia. Octaua Corsica. Nona Creta. Decima Cypros.

Generalis Asiæ Descriptio.



SIA est tertia pars orbis, ab Asia nympha Oceani & Tethyos filia cognomĩata, quæ imperiũ circa ea loca tenuit, quã minorem Asiã uocãt, a qua & Asiã maiorem nomẽ sumpsisse uoluerũt. Tribus hanc partibus tangit oceanus, q ab oriente eous, a meridie indicus, a septentrione scythicus appellatur. In ea primos hominum ab oriente accepimus Seres & Sinarum prouinciæ incolas: quibus (ut Ptolomæo pla-

cet)bis in anno sol fit supra uerticem eorum. Post hos sequuntur Indi & aurea chersonesus. In india sunt ganges & indus fluuii maximi totius oriētis. Indis proxima est Arachosia prouincia. Deīde paropanysade: dragiana gedrosia: aria: carmania: persis: a Perseo antiquo rege cognominata. Susiana: in qua est Susa oppidum nobilissimū Babylonia: in qua Babylon ciuitas maxima. Mesopotamia in medio Eufratis & Tigridis. Arabia inter rubrum & persicum mare: quam in Arabiam fœlicem: petream: & desertam diuiserunt. Ab eufrate fluuio usq; ad mare nostrum: est Syria prouincia nobilissima: in qua damascus ciuitas prouinciæ caput. Regiões in ea sunt phœnicia: palæstina: iudæa: idumæa: comagena: samaria: Israel & gallilea: in qua Nazaret ciuitas iuxta montem thabor. Versus austrum est ægyptus superior. Dehinc æthiopia asiæ. Ad septentrionem uero est scythia intra imauum montem: & scythia extra imauum: Sarmatia & hyperborei montes & populi. Inter pontum & mare caspium est albania: iberia colchis: Asia uero minor quasi peninsula est inter pontum & mare nostrum. In qua hæ sunt regiones Pontus: bithynia: ionia: in qua Miletum ciuitas caput regionis. Phrygia: in qua olim Troia fuit ciuitas clarissima. Lycia: galatia: paphlagonia: pamphilia: cappadocia: cilicia: interiora terrarum multæ uariæq; gentes habitant. Ad mare hyrcanum hyrcania. Inde armenia maior & minor. Assyria ab Assur filio Sem cognominata: ī qua est Niniue ciuitas magna ab eodem condita: uel a Nino Rege: ut nonnullis placet. Est & Media a Medo filio Medeæ nomen sortita. Parthia prouīcia maxima. Parthorum .n. regna duodeuiginti sunt: ut lib. sexto Plinius refert. Margiana: in qua Alexander magn⁹ primam Alexandriam condidit. Bactria. Sogdiana: in qua est

tertia Alexandria ab Alexandro Macedone extructa. Secundam in ægypto ædificauit. Sunt Saces siue Sacarum regio ultima in mediterranea regione constructa.

Insulæ Asiæ Celebriores.



Aprobane insula admodum grandis ĩ mari ĩdico. Chrysæ & Argyræ in pelago ĩdico copia metallorũ fœcũdæ. Iabadiũ insula in mari indico, auri & argẽti feracissima. Cernen insula contra sinum persicum, in qua (teste Plinio lib. sexto.) sunt arbores distillãtes odorem miræ suauitatis. Cyprus insula quondam Veneri sacra. Et Rhodos insula pulcherrima in mari nostro spoitæ. Carpathos contra ægyptum sita. Vnde carpathium mare.

Generalis europæ De scriptio.



Vropa est tertia pars orbis, quæ nomen sortita est ab Europa Agenoris phœnicum regis filia, quæ ob nimiam formositatẽ a Ioue dilecta & compressa peperit Minoem Rhadamanthum, & Serpedonem, ut non nullis placet. Iupiter uero in eius sempiternam memoriam tertiam orbis partem europam ex eius nomine nuncupauit. Terminos habet ab oriẽte Tanaĩ & pontũ, a meridie mare nostrũ, a septentriõe & occasu oceanũ. Gentium prĩa est scythia siue sarmatia, quã fluuiꝰ Tanais diuidit a scythia asiæ in ea Arimaspi, quibus singuli oculi esse dicuntur. Ab eis Cendones usqꝫ ad mæotida. In ea quoqꝫ Boristhenes fluuius amœnissimus. Regiones in ea Alania, dacia, gothia. Eam nũc Russiam pleriqꝫ esse ꝓdi-

derunt. Vltra scythiam uersus arcton sunt montes & popu li Riphei, quos Riphaat filius Gomer a se nominauit, ut Io sephus auctor est. Ad orã ponti est Misia superior, nunc Ser uia. Misia inferior, nunc Bosina & Bulgaria. Inde thracia. In qua est Bizãtium urbs regia, nunc Constantinopolis appel lata, totius græciæ caput. Infra daciam quæ nũc Vallachia dicitur, sunt Iaziges methanastæ, nunc septem castra uoca- ta. Circa danubium fluuium totius europæ maximũ, est pã nonia, nunc Vngaria. Vltra danubium uersus septentrionẽ est germania magna usq; ad oceanum, uariis populis & regi onibus distĩcta. In ea est Rhetia nunc bauaria. Vindelicia & noricum nunc Austria. In ea danubius oritur, qui & ister, multisq; fluminibus augetur. Et per ora septem pontum in- greditur. Germania uersus occasum rheno termĩatur. Vltra rhenum est gallia in quattuor discreta regiões. Belgica: quæ nunc burgundia: piccardia & lotoringia appellatur: ĩ q̃ & bri tãniã minorem q̃dam esse uoluerũt: Lugdunẽsis nunc Nor mandia. Aquitania & narbonẽsis: quæ nnnc prouincia seu delphinatus appellat᷑. Vltĩa terraꝝ uersus occasum ẽ hispa nia: quam in tris partes maiores nostri diuiserunt. Lusitani- am nunc regnum portu galliæ. Tarraconensem nunc catalo niam. Bethycam. nũc regnum Granatæ. At uersus orientẽ Thraciæ regioni iungitur Macedonia: olim migdonia: pie- ria: æmathia: quæ a Macedone filio Osiridis: qui fuit Iouis filius cognominata est. Ea quondam illustris fuit duo- bus regibus Philippo & Alexandro. In ea ẽ a Thessalia Thes salo rege dicta. Magnesia: phocis: boetia: Attis: mega- ris. Sed omnium Attis clarissima: quæ & achaia dici- tur: a nostris græcia appellata. In quo olim fuerũt. Athe næ philosophorum mater: & mons Parnasus musis con-

secratus. Græciæ iūgitur peloponesus, isthmo tantum ab eo discreta, quam nunc Moream uocant, a Pelope Tantali regis phrygum filio denomīata. In ea corinthus & lacedæmō ciuitates clarissimæ. Macedoniæ connectitur Epirus, a Pyrrho Achillis filio sic denominata, Eam nunc albaniam uocant, in qua est molossa regio & chaonia ab Heleno Hectoris fratre nomen sortita, qui ob amorem Chaonis fratris sui chaoniam nominauit. Epiro contermīa est Dalmatia siue illirium, cuius fines latissimi sunt. In ea est Liburnia regio. Epidaurus ciuitas totius regionis ditissima nunc Ragusium appellant. Sequitur deinde Italia prouincia totius orbis celeberrima, ab Italo rege cognominata, in qua est urbs Roma omnium aliarum regionum caput. Italia in sex & decem regiones sine insulis est diuisa.

Insulæ Europæ Celebriores.



ICILIA insula Italiæ a Siculo Neptunni filio dicta, in qua mons ætna Vulcano sacer ut poetæ loquuntur. Ea quondam Cyclopum patria fuit, qui fuerunt uiri gigantes, unicum tantum oculum in medio frōtis habentes. Sardinia insula Italiæ inter aphricum & tyrrhenum pelagus sita, a Sardo Herculis filio nomen sortita, in qua nec serpens nec lupꝰ gignitur. Cosica insula in mari ligustico uini optimi feracissima. Aeoliæ siue uulcaniæ īsulæ iuxta Siciliam. Diomedea insula contra apuliam a Diomede cognominata. Cyclades īsulæ in mari ægæo numero. liii. circa Delum in orbem fixæ, Vnde & nomen traxere. Creta insula contra hellespontum, centum olim urbibus nobilissima. Sporades insulæ sunt plures circa Cretam & carpathiū mare. Euboia insula haud lon

ge ab achaia, a qua mare euboicum, nunc Nigroponte appellata. Strophades insulæ duæ contra Epirum sitæ, quondam harpyiarum patria. Corcyra ĩ mari Ionio nunc Corfu Stechades insulæ quĩq; in fronte narbonensis prouinciæ. Baleares insulæ duæ in mari hiberico nunc Maiorica & Minorica. Ibernia insula in oceano septentrionali contra hiberiam sita, in qua nullus anguis. Britannia insula permaxima, nũc Anglia dicitur in oceano gallico. Hemodes insulæ septem ĩ oceano germanico. Ebudes insulæ quinq;. Orchades triginta. Tile ultima a Romanis cognita in oceano septentrionali.

Generalis aphricæ descriptio.

a Phrica quasi Aprica, idest gaudens sole, quæ frigore caret, ab Apher uno ex posteris Abraæ dicta est, ut Iosephus refert lib. primo antiquitatis Iudæorum, quam teste Plinio libro quinto græci Libyam dixere. Fuit autem Libya filia Epaphi ægyptii Iouis filii, quæ cum in Neptunni concubitum uenisset, Busiridé peperit, & in ea parte aphricæ regnum tenuit, quæ ex suo nomine Libya dicta est. Aphrica ab oriente nilo terminatur reliquis partibus mari cingitur, a septentrione libyco a meridie æthiopico, ab occidente atlantico, Et est duplex, maior & minor. Prima aphricæ prouincia uersus exortum est ægyptus inferior, deinde Marmarica, cui Libya est contermina. Tum Cirenaica quæ & pentapolis a quinq; ciuitatibus. s. Berenice, Arsinoe Ptolomaide, Appollonia, Cirene, Sequitur Aphrica minor, in qua olim Carthago fuit a Didone constructa. Dehinc Numidia, Massinissæ clara nomine, in qua & Iugurtha regnauit. Inde Mauritania cæsariensis, a ciuitate Cæsarea dicta, in qua regnum tenuit Antæus gigas ab her-

cule uictus. Postremo Mauritania tingitana a ciuitate Tingi nuncupata, in qua est mõs atlas ab Atlante rege aphricæ sic nominatus, a quo astrologia primum comperta fuit Versus meridiem est æthiopia, in qua est urbs Saba a regina eiusdẽ nominis dicta. Sub æthiopia est ægyptus thebais, a ciuitate Thebæ nuncupatus. Est Lybia interior. Sunt Getuli, Angilæ, Troglo ditæ Garamantes, Atlantes. Intra Egipanes, Blemii, Satyri & Gamphasantes.

Insulæ Aphricæ celebriores.


Haros in mari nostro contra nili ostia. Menix insula clarissima ex aduerso minoris Aphricæ in qua sunt duo oppida, Meningẽ & Thoiar. Cercina cum oppido eiusdẽ nominis, quæ in longitudine patet. xxv. millia passuum contra Carthaginem sita. Gorgades insulæ in oceano Atlantico. Fortunatæ insulæ numero. v. in oceano meridionali. Hesperides insulæ in oceano æthiopico, in quibus tradunt fuisse arbores aurea mala tenẽtes, quæ hercules abstulit, Rettulit argolico fulgentia poma tyranno.

FINIS



Index urbium celebrium quæ in hoc codicillo habentur.

Abydos uide in troade
abedos in ægypto
adria in aprutio
adria in æmilia
albania in albania prouĩcia
alba in latio
alexandria in ægypto
alexandria in lombardia
alexandria in sogdiana
alexandria in Margiana
albinga in liguria
aletium in salẽtinis
ameria in ducatu spoletano
amycla in laconia
amiternum in aprutio
anania in latio
ancona in piceno
antiochia in margiana
antiochia in Syria
antandros in antandro
apollonia in cyrene
appollonia in thracia
apollonia in ponto
aquila in aprutio
aquinum in aprutio
aquileia in foroiulio
argyrippa in apulia
argos in peloponeso
argos in hellade
arba in scardona
ariminum in æmilia
ardea in latio
aretium in thuscia
aria in aria prouincia
arpinum in aprutio
aschalon in palæstina
asculum in piceno
assisia in ducatu spoletano
athenæ in græcia
athina in aprutio
auenio in gallia
augusta in nauaria
Augusta ꝓtoria ĩ lõbardia.

Babylon in babylonia
bactra in bactra prouincia
barcinon in tarraconia
barbite in perside
bausta in salentinis
beneuentum in aprutio
bergomum in lombardia
bilbilis in lusitania
bizantium in thracia
brigantinum in Rhetia
brixia in lombardia
bononia in æmilia

burdigala in aquitania
brundusium in calabria

Caieta in latio
calcedon in ponto
calcis in euboia
calœnum in latio
clazomena in ionia
camerinum in piceno
canopus in canopo
capua in campania
carystos in euboia
carthago in aphrica
carthago in tarraconia
carmania in carmania
celone in argia
cæsena in æmilia
catina in sicilia
cæsarea in cappadocia
cæsarea in mauritania
cæsarea augusta ĩ tarracõia
cæsarea stratonis in iudæa
cæsarea in syria
comum in lombardia
corduba in bethys
corfinium in aprutio
corinthus in peloponeso
cornetum in thuscia
cortona in thuscia
corytius in cilicia
cremona in lombardia
croton in magna græcia
cyrene in cyrene prouincia
cythera in cypro
ciuitas austriæ in foroiulio
ciuitas castellana in thuscia
cirtha in Numidia
cumæ in campania
clusium ĩ thusia
consentia in brutiis
cattigaria ĩ sinarum regiõe.

Damascus in syria
dardanum in troade
debris in garamantes
delphi in phocide
delphi in aonia
dyrrachium in epiro

Eleusis in græcia
elea in lucania
eleusis in thera
engada in esseni
enos in thracia
ephesus in ionia
ephesus in troade
epidaurus in peloponeso
epidaurus in argia
epidaurus in epidauro
epidaurus in epiro

erix in ſicilia
eugubiũ ĩ ducatu ſpoletão

Ferraria in emilia
firmum in piceno
forumliuii in emilia
fauentia in emilia
florentia in thuſcia
fulgineũ ĩ ducatu ſpoletão

Gaza in palæſtina
genua in liguria
gomorum in pentapoli
gnoſus in creta

Halicarnaſus in caria
heliopolis in cilicia
hieroſolyma in iudæa
hierapolis in ſyria
hiſpalis in bethys
hipporegius in aphrica

Iadera in dalmatia
ilion in troade
iola in numidia
iope in palæſtina
idum in idumæa
interãnia ĩ ducatu ſpoletão
iuſtinopolis in iſtria

Lacedæmon in laconia
laodicia in ſyria
lariſſa in theſſalia
leucas in acarnania
locrus in magna græcia
londra in britannia
luca in thuſcia
lugdunum in aquitania

Magneſia ĩ magneſia regione
mantua in lombardia
maraſium in perſis
marathon in hellade
maſſilia in maſſilii
mediolanum in lombardia
memphis in ægypto
meſſana in ſicilia
methone in peloponeſo
metapontũ ĩ magna græcia
mycenæ in argia
miletum in ionia
mitylenes in leſbos
monſfaliſcorum in thuſcia
mutina in lombardia.

Narnia in ducatu ſpoletano
naulum in liguria
neapolis in terra leboris
nepe in thuſcia
nola in terra leboris

nauaria in lombardia
nouum comum ĩ insubres
nuceria ĩ ducatu spoletano
numantia in tarraconia
nursia in ducatu spoletano
nicomedia in ponto
nicea in ponto

Oebalia in œbalia
olispon in hispania
orta in thuscia
ortona in aprutio

Palmira in syria
pal antia in tarraconia
pallene in pallene regione
pandosia in brutiis
pampilonia in nauaria
panormus in sicilia
parma in lombardia
parisius in gallia
praga in bohemia
placentia in lombardia
paphos in cypro
patauium in Venetia
patræ in peloponeso
patera in Lycia
papia in Lombardia
pella in Macedonia
pergamus in Troade
persepolis in perside
perusia in thuscia
preneste in latio
petilia in lucania
pestum in lucania
philestin in palæstina
philadelphia in troade
pythia ĩ thessalia & ĩ phthia
pisæ in thuscia
pistoria in thuscia
pythacusæ in pythacusa
pisaurum in piceno
prienis in Ionia
priuernum in latio
pola in istria
põpeiopolis ĩ paphlagonia
puteoli in Terra leboris

Ragusium in Dalmatia
rauenna in Emilia
reatu in Ducatu spoletano
regium in Lombardia
regium in Brutiis
roma in Latio
rhodus in Rhodo
tutenum in Gallia

Sabini in Sabinis
Saguntinum ĩ Tarraconia
Salamis in Cypro

ſamaria in iudæa
ſarzana in Tuſcia
ſaſſina in æmilia
ſauona in Liguria
ſparta in ſparta
ſebaſta in ſamaria
ſena in Tuſcia
ſenogallia in Piceno
ſetia in Latío
ſibaris in Colchos
ſicyonia in ſycionia inſula
ſidon in Phœnicia
ſyene in ægypto
ſyracuſæ in Sicilia
ſodomum in pentapolí
ſulmo in aprutio
ſpoletũ in ducatu ſpoletão
ſuſa in ſuſiana
ſutrium in tuſcia

Tarracon in tarraconia
tarentum in calabria
tharſus in cilicia
taruiſium in VENETIA.
taurinum in Lombardia
thebæ ĩ ægypto & in thebai
ca
thebæ ĩ boetia & ĩ thebaica
teanum in Latio
theleſia in aprutio
theodoſia in taurica
tergeſtum in foroiulio
terracina in Latio
theſſalonica in theſſalia
theſiphon in babylonia
tybur in Latio
tyatira in troade
tirynthia in peloponeſo
tyros in phœnicia
tifernũ in ducatu ſpoletão
toletum in tarraconia
troia in troade
tuſculum in latio
tudertũ ĩ ducatu ſpoletano

Valentia in Tarraconia
uenetiæ in VENETIA
uerona in uenetia
VINCENTIA ĩ uenetia
uienna in gallia
uintimilium in liguria
uolaterra in tuſcia
utica in aphrica
utinum in foroiulio
urbinum in piceno
urbs uetus in thuſcia
uiterbium in thuſcia
uercellæ in Lombardia.

Prouinciæ totius orbis notæ
In europa.xxxiiii.

Ibernia insula
Britannia insula, quæ nunc anglia dicitur
Hispania bethyca, nunc regnum granatæ
Hispania lusitania, nunc regnum portugalliæ
Hispania tarraconensis, nũc catalonia.
Gallia aquitanica.
Gallia lugdunensis, nũc normandia
Gallia belgica, nunc piccardia, lotoringia, burgundia.
Gallia narbonensis, nunc ꝓuincia seu delfinatus.
Germania magna
Rhetia nunc bauaria
Vindelicia & noricum, nunc austria
Pannonia superior
Pannonia inferior, nunc Vngaria
Illyris & liburnia, nunc Sclauonia
Dalmatia
Italia cum regionibus suis
Corsica insula
Sardinia insula
Sicilia insula
Sarmatia europæ nũc russia
Iaziges methanastæ, nunc septem castra.
Dacia nunc ualachia
Mysia superior, nunc seruia
Mysia inferior, nunc Bosina & bulgaria.
Thracia
Chersonesus
Macedonia, olim migdonia pieria, æmathia thessalia
Epirus, quam nunc albaniam uocant
Achaia quæ & hellas & attis nunc græcia
Euboia ĩsula, nũc nigropõte
Pelopões⁹ penĩsula nc̃ morea
Creta insula, nunc candia.

In Aphrica prouinciæ. xii.
Mauritania tingitanica, nũc barbaria
Mauritania Cæsariensis
Numidia
Aphrica minor nũc thunese
Cyrenaica quæ & pentapolis
Marmarica

Libya
Egyptus inferior
Egyptus thebais
Libya interior
Ethiopia ſupra ægyptum
Ethiopia auſtralior

In Aſia magna prouinciæ quinquaginta.

Aſia minor.

Pontus
Bithynia
Phrygia
Lycia
Galatia
Paphlagonia
Pamphilia
Cappadocia
Cilicia
Armenia minor
Armenia maior
Sarmatia aſiatica
Colchis
Iberia
Albania
Cyprus inſula
Syria
Phœnicia
Palæſtina q̃ iudæa appellat̃
Ethiopia
Egyptus
Arabia petrea
Meſopotamia
Arabia deſerta
Babylonia
Aſſyria
Suſiana
Media
Perſis
Parthia
Carmania deſerta
Carmania altera
Arabia felix
Hyrcania
Margiana
Bactriana
Sogdiana
Saces
Scythia ĩtra imauũ montem
Scythia extra imauũ montẽ
Serica
Aria
Paropaniſade
Drangiana
Arachoſia
Gedroſia
India intra gangem
India extra gangem
Sinarum regio
Taprobane inſula.

Opuſculi huiuſce Regimen.

A b c d e f g h i K l m n.

Omnes quaterniones demptis hiſce A n quorum alte//
rum ternionem alterum uero duernionem agnoſcito.

